PRIVILEGIA
Almæ Taurinensis Vniuersitatis
AB AVGVSTISSIMA
MARIA IO. BAPTISTA
VICTORIS-AMEDEI II.
Sab. Ducis, Cypri Regis, &c.
Matre, Tutrice, ac Regente
SOLERTISSIMA
Non tantum confirmata, sed amplioribus beneficijs cumulata.

HIS ACCEDVNT

Ea, quæ vel de Iure communi, vel ex concessione ad instar
FAVORE SCHOLARIVM INDVLTA SVNT
Postremo Catalogus Antecessorum, qui in eodem Gymnasio
Publicè vtraque Iura professi sunt, vt iugiter profitentur.



AVGVSTÆ TAVRINORVM, M. DC. LXXIX.
Ex Typographia Georgij Columnæ.

INDEX
Eorum, quæ in libro continentur.



PRIVILEGIA

A Summis Pontificibus, Imperatoribus, ac Regijs Sabaudiæ Ducibus

ALMAE TAVRINENSI VNIVERSITATI

INDVLTA

NOVISSIME' A REGIA CELSITVDINE

MARIÆ IOANNÆ BAPTISTÆ

Sab. Ducissæ, Cypri Reginæ

VICTORIS AMEDEI II.

Matris, Tutricis, ac Regentis

Non tantum confirmata, sed peculiaribus legibus adaucta.



AVRINENSIS scientiarum, bonarumque artium Academia tot edidit Europæ insignes cuiuscunque disciplinæ Proceres, vt præclarissimorum Heroum Mater, ac Maximorum Principum Alma filia æquè possit acclamari; quare non minus ac cætera Italiæ, imò etiam Europæ Archigymnasia amplissimis Summorum Pontificum, ac Cæsarum priuilegijs decoratur, quæ hic recensere decreui, vt ea quæ hucusque Regijs in Archiuijs; statutorum libris ac in corpore iuris clausa latebant, sub auspicijs Augustissimæ Regnantis MARIÆ IOANNÆ BAPTISTÆ VICTORIS AMEDEI II. dilectissimæ Matris, ac Tutricis solertissimæ elucescant.



Pontificium priuileg. Studij gener.



Enedictus Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. In suprema dignitatis Apostolicæ specula licet immeriti disponente Domino constituti, ad vniuersas fidelium regiones earum professus, & commoda tanquam vniuersalis Dominici gregis pastor, commissæ nobis supplicationis aciem quantum nobis ex alto conceditur extendentes, fidelibus ipsis ad quærendam litterarum scientiam, per quam diuini nominis suæque fidei Catholicæ cultus protenditur, omnisque prosperitas humanæ conditionis augetur libenter fauores gratiosos impendimus, & oportunæ commoditatis auxilia liberaliter impartimur. Cum itaque sicut pro parte dilecti filij nobilis viri Ludouici Principis Achaiæ, nobis fuit nuper expositum, propter bellicas clades, quæ in partibus Lombardiæ diutius viguerunt, & vigent, in studijs generalibus earundem partim cessauerint, & cessent lecturæ, & nonnulli Sacræ Theologiæ Magistri, qui in Papiensis, ac Placentini Studijs legerunt temporibus retroactis, cupiant, prout ipsi Principi nunciare fecerunt, in aliqua ciuitatum seu locorum aliorum eiusdem Principis, in suis huiusmodi facultatibus exercere lecturas, & præsertim in Ciuitate Taurinensi, quæ in eisdem partibus situata, & de antiquioribus totius Italiæ ciuitatibus, ac habilis, & idonea ad studium huiusmodi, tàm propter confinitatem multarum Prouinciarum, aeris salubritatem, victualium abundantiam: quam Ciuitatem ipsi Magistri, & Doctores vellent, & optant congruis honoribus decorari, præcipuè priuilegijs Studij generalis. Nos præmissa, necnon impensa nobis, & Sedi Apostolicæ per dictum Principem obsequia, quam plurima non modicè fructuosa debita consideratione pensantes, feruenti desiderio ducimur, quòd partes, ac Ciuitas, prælibatæ fiant litterarum fertilitate fęcundæ, ac viros producant consilij maturitate conspicuos, virtutum redimitos ornatibus, & diuersarum facultatum dogmatibus eruditos, fitque ibi scientiarum fons irriguus, de cuius plenitudine hauriant vniuersi litterarum cupientes imbui documentis. Ex his, & alijs rationabilibus causis moti pariter, & inducti, & non solùm ad ipsorum Principis, Ciuitatis, & partium; sed etiam circum adiacentium Regionum, ac incolarum ipsarum honorem, commodum, & prouectum paternis affectibus anhelantes, memo-

memorati Principis in hac parte supplicationibus fauorabiliter inclinati, de fratrum nostrorum consilio statuimus authoritate Apostolica, & etiam ordinamus, quòd in dicta Ciuitate Taurinensi de cætero sit Studium generale, illudque inibi perpetuis temporibus vigeat, tám in Theologia, de Iure Canonico, & Ciuili, quám in quauis alia licita facultate, quodque legentes, ac studentes ibidem omnibus priuilegijs libertatibus, & immunitatibus concessis Magistris, Doctoribus ac Studentibus commorantibus in Studio generali gaudeant, & vtantur. Quodque illi qui processu temporis Brauium fuerint in illa facultate, in qua studuerint assecuti, sibique docendi licentiam, vt alios erudire valeant ac Magisterij, seu Doctoribus honorem patienter elargiri per Doctorem seu Doctores Magistros, seu Magistrum illius facultatis, in qua examinatio fuerit facienda venerabili fratri nostro Episcopo Taurinensi pro tempore existenti, & in Ecclesia Taurinensi Pastore carente, Vicario, seu Officiali dilectorum filiorum capituli dictæ Ecclesiæ presententur, idē Episcopus, vel Vicarius, seu Officialibus Doctoribus, & Magistris in eadem facultate actu inibi degentibus, legentibus conuocatis, illos in ijs, quæ circa promouendos ad Magisterij, seu Doctoratus honorem requiruntur per se, vel alium iuxta modum, & consuetudinem, qui super talibus in talibus Generalibus Studijs obseruantur, examinare studeant diligenter, eisque si ad hoc sufficientes, & idonei reperti fuerint, huiusmodi licentiam tribuat, & Doctoratus, seu Magisterij impendat honorem. Illi verò, qui in eodem studio dictæ Ciuitatis examinati, & approbati fuerint, ac docendi licentiam, & honorem huiusmodi obtinuerint, vt præfertur, ex tunc absque examinatione, vel approbatione alia regendi, & docendi, tám in Ciuitate prædicta, quám singulis alijs studijs generalibus, in quibus voluerint legere, vel docere statutis, & consuetudinibus quibuscunq; contrarijs Apostolica, vel quacunque alia firmitate vallatis nequaquam obstantibus plenam, & liberam habeant facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contrauenire. Si quis, autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Massiliæ apud Sanctum Victorem, anno salutis Dominicæ 1405. sexto Cal. Nouembris Pontificatus nostri anno XI.

IN nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis fœliciter. Amen. Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Hungariæ, Dalmatiæ, Croaciæ, &c. Rex. Ad perpetuam rei memoriam. Rectrix humani generis virtutum cęlestium imitatrix præclara scientia, cuius reiecta electa membra odiosa pestilentiæ rabies pro mundi calamitate impia voragine iam absorbuit tanto gemitu ad nos clamore persunditur, iam suis laribus à petrosis montibus viduata, vt sibi dignaremur de Romanæ Regiæ subuenire præsidio, vt si quando promissione Romana Regia, cuius interest vniuerso mundo consulere, in pristino statu ipsam florere contingat, arescentem mundum valeat irrigare, denuò fœcunda aspergine germinis redimita. Sané pro parte Illustris Ludouici de Sabaudia Principis Achaiæ consanguinei nostri charissimi per oratores eiusdem Principis videlicet Egregium, & honorabilem Ottobonum de Bellonis de Valentia iuris vtriusque Doctorem, & Sacri Palatij Apostolici Auditorem, & Nobilem Petrum de Beyamo de Sauiliano Scutiferum oblata nostræ maiestati continebat, quantum in Ciuitate Taurini ad instar aliarum vrbium de instaurando generale Studium in facultatibus quibuscunque gratiam, priuilegium, & facultatem de benignitate Romana Regia concedere dignaremur. Nos attendentes multiplicia genera probitatis præclaræ eiusdem Principis prosapiæ, ac multa gesta suorum prædecessorum suiq; ipsius eminentem deuotionem, & refulgentem virtutem quibus prædictus Illustriss. Ludouicus noster consanguineus, & sui progenitores nos, & Sacrum Romanum Imperium, nostrosque inclytos prædecessores retroacto iam tempore exquisitæ diligentiæ Studijs honorarunt, & idem ipse fatigat honorare, animo deliberato, non per errorem aut improuide, sed sano Principum Ecclesiasticorum, & Sęcularium, Baronum, Procerum, Nobilium, aliorumque nostrorum, & Sacri Imperij fidelium dilectorum consilio accedente. Ipsi Ciuitati Taurini, hominibus, & populo ipsius Taurini, eorumque hæredibus, & successoribus infrascriptam gratiam duximus faciendam, vt in prędicta Ciuitate Taurini generale Studium Sacræ Theologiæ, vtriusq; iuris videlicet, tàm Canonici, quàm Ciuilis, nec non Philosophiæ naturalis, & moralis, Medicinæ, ac artium liberalium erigatur. Et ex Ciuitate Taurini generale Studium Sacræ Theologiæ nunc in ante perpetuis temporibus obseruetur. Quod quidem Studium, eiusque Præsidentes, nec non Rectores, Doctores, Bacca laureos, Offi-

Officiales, atque Magistros, famulos, atque familias eorum, & cuiuslibet eorum, & quocunque nomine censeantur, qui fuerint per tempora cuiuscunq; dignitatis, status ordinis, seu conditionis prædicti, & singuli eorum extiterint, omni eo priuilegio, libertate, immunitate, indulto, & gratia, quibus Parisiense, Bononiense, Aurelianense, & Montispesulanense Studia generalia gaudere noscuntur & potiuntur, hinc nostræ concessionis gratia perfrui semper volumus, potiri, & gaudere per omnia, ac si priuilegium libertas, immunitas, indulta, & gratia huiusmodi præsentibus de verbo ad verbum essent inserta. Decernentes, & hoc nostra concessione Romana Regia perpetuis valitura temporibus ex scientia, & Romanę Regiæ plenitudine potestatis sancientes, vt prædicta Ciuitas Taurini, præsenti nostra Romana Regia concessione fulcita, & potita gratis, Studij gratioso præmio, & singulariter brauio gaudeat, & vtatur. Possitque Episcopus, qui nunc est, aut qui pro tempore erit, per se, vel eius Vicarium, seu eiusdem Episcopi locum tenentem, vel Ecclesia Taurini vacante, aut Pastore carente, Vicarius seu Officialis Capituli Ecclesiæ Taurini cum consilio, & consensu Doctorum, & Magistrorum Studij memorati, seruatis, & forma, & modo, & ordine, qui in talibus, & prædictis generalibus Studijs, & alijs consueuerunt laudabiliter obseruari illis, quos ad hoc idoneos, & dignos inuenerint, legendi licentiam indulgere, & studioso, seu digno præmisso examine licentiare, & ad Doctoratus, seu Magisteriatus apicem prouehere, & promouere honorem tradere, & etiam Doctoratus, seu Magisteriatus, & aliorum graduum insignia conferre rectè, & impendere, ac de his solemniter inuestire. Cæterum vt Scholares, & studentes, & eorum quilibet Studij prædicti tantò vberius valeant literarum Studijs insudare, quantò à molestiarum, & turbationum impetu, incursionibus vberius liberati ampliori fruantur libertate, de Romana Regia benignitate fulciti: De innata itaque nobis clementia, Rectores, Scholares, seu studentes Vniuersitatis eiusdem Studij vniuersos quoque, & singulos eorum, & cuiuslibet eorum familiares, famulos, & ministros, nec non scholas, & eorum habitacula, siue hospitia in examen nostrum, ac Sacri Romani Imperij, protectionem, tutelam, & defensionem suscepimus, & suscipimus per præsentes. Insuper ex certa nostra scientia decernendo volumus, quòd omnes, & singuli Doctores, & Scholares cuiuscunque scientiæ, & facultatis, ac Bidelli dicti Studij Taurini, seu ad dictum Studium Taurini accedentes causa ibidem legendi, aut studendi possint, & valeant cum eorum familia equis, & armis,

mis, arnesis, libris, rebus, & bonis, ac mercimonijs sibi necessarijs quibuscunque, liberè, tutè, securè, & impunè accedere ad dictum Studium, & transire, morari, & indè redire per quæcunque loca, & in quibuscunque locis, absque sumptione, atque solutione toltæ, gabellæ, thælonei, reuæ, & vectigalis, datij, certæ importationis, & oneribus qnibuscunque inde fiendis, possintque extrahere libros cuiuscunque facultatis, & res alias à quibuscunque ciuitatibus, locis, & districtibus, vbi fuerint studia generalia, vel etiam, vbi non fuerint, non obstantibus Priuilegijs, Statutis, seu ordinationibus, capitulis, vel consuetudinibus, franchisijs, libertatibus, & represalijs, seu impignorationibus, & contracambijs quibusuis cuiuscunq; prouinciæ, patriæ, ciuitatis, atque loci, quacunque authoritate etiã Imperiali vallatis, aut aliàs emanatis, & roboratis, & si de his esset fienda in huiusmodi indulto specialis mentio. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostram gratiæ, concessionis, sanctionis, voluntatis susceptionis, decreti, & indulti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem contrarium attentare præsumpserit, bannum Imperiale, & pœnam centum marcharum auri puri, totiens quotiens contrafactum fuerit, nouerit se incursurum, cuius pœnæ tertiam partem nostro Regio, ac Sacri Imperij fisco, aliam tertiam præfato Illustri Ludouico, reliquam verò tertiam partem prædictarum centum marcharum auri puri Vniuersitatis prædicti Studii vsibus statuimus applicandam. Cuius quidem pœnæ exactio, seu executio valeat, & possit fieri per prælibatum Illustrem Principem Ludouicum, & eius hæredes, ac successores Achayæ Principes, & in his, seu alijs facta, negotia Studij præfati quoquo modo concernentibus, ac dependentibus, emergentibus, & connexis vices nostras, & successorum nostrorum Romanorum Regum, & Imperatorum obtineat, perspicaciterque, ac sagaciter prouideant de salubri statu, & quieto, incrementoque fœlici Studij prænotati. Prout, & consilio Præsidentium Doctorum, & Magistrorum Vniuersitatis eiusdem Studij fuerit expediens, quomodolibet vel opportunum, præmissis omnibus pœna soluta, vel remissa nihilominus suo robore duraturis. Concedentes eidem Illustri Ludouico Principi Achayæ, suisque hæredibus, & successoribus Achayæ Principibus liberam facultatem, & potestatem plenariam dictum Studium pro eius, & suorum hæredum arbitrio liberè commutandi, & transferendi à dicta Ciuitate Taurinensi ad alium locum Ecclesiæ, & Diœcesis Taurini ex causis iustis, & rationabilibus. Quod quidem Studium sic commutatum, vel translatum omnibus priuilegijs, franchisijs,

chiſijs, immunitatibus, libertatibus, iuribus, & conceſſionibus, quibuſcunque vtatur, gaudeat, & perfruatur, quibus gaudet, & perfrui poſſet Studio ipſo in Ciuitate Taurini vigente, & exiſtente: & dictis cauſis ceſſantibus, dictum Studium ſubducatur, & reducatur ad dictam Ciuitatem Taurini, & per præſentes, ita reductum, & reuerſum habere volumus cum eiſdem priuilegijs, iuribus, immunitatibus, libertatibus munitum, quibus ſupra. Præſentium ſub noſtræ Romanæ Regiæ Maieſtatis ſigillo, teſtimonio literarum. Dat. Budæ anno 1412 prima die Iulij, Regnorum noſtrorum anno Vngariæ 26. Romanorum verò 2.

DVCALE PRIVILEGIVM STVDII TAVRINENSIS.

AMEDEVS Dux Sabaudiæ, Chablayſij, & Auguſtæ Princeps, Marchio in Italia, Comes Pedemontium, Gebenenſ. Valentinenſiſque, & Dienſis. Vniuerſis modernis, & poſteris rei geſtæ notitiam cum ſalute. Inter glomeroſas ſolicitudinis noſtræ curas perſpicax iugiter obrigit auiditas: quod ità impreſſum à ſupremo diſpenſatore gratiarum humeris Principatus noſtri onus ſedulè interpellat, vt veneranda Reſpub. (Deo laudes) noſtro largiſſimo collata dominio aſſiduis dirigatur acrementis, & iuſtitiæ præſidio recto perducatur diametro: ne commiſſa manibus in noſtris recta iudicij ſtatera calumniantium verſutijs impellatur; ſed potius peritis opitulantibus dogmatibus adeò conſtanter ſolidetur, quòd appenſis meritis ſingulorum in illis condignis, digni proſequantur fauoribus, & in infructuoſos vibrare non vereatur debitæ gladium vltionis; ad illa ſi quidem propaganda Magnificentiæ noſtræ habenæ pronius diuertantur, quorum ludibrio ſuprema Monarchia laceratur, & fomento parta quæuis dominia conſeruantur. Hanc ingenti meditatione voluentes, quanta ſtudiorum gymnaſia vniuerſis tribuant commoda; quantique Principes ſub quorum ſtabilita ſunt dominijs, laudibus extolluntur in remotis, quantique morum venuſtate, & ſcientiæ apicibus decorantur, & vnde ne dum propria, ſed potius Reipubl. vtilitas adaugetur. Attendentes etiam, quantum ad huiuſmodi ſtudia exercenda Ciuitas noſtra Taurinenſis victualibus, & vndique alijs circumflua neceſſarijs eſt parata; affectantes nempè, vt tenemur memoratam vtilitatem publicam priuatæ commoditati anteferre, & ſubditis noſtris eſum, & pocula doctrinæ propinare, vt quod maioribus anfractibus per exteras perſcrutatur nationes, proprijs in laribus perſpiciant præparatum. Idcircò

matura

matura procerum, peritorumque, & aliorum expertorum deliberatione præhabita, Almam filiam nostram Vniuersitatem Studij Taurinensis hactenus diuersis perplexam diuortijs, indissolubili quoq; copulantes coniugio ad ipsius restaurationem, & perpetuam soliditatem disposuimus; decreuimus, statuimus, & ordinamus, disponimusque, decernimus, statuimus etiam harum pro grauitate nostrarum ordinamus, vt sequitur.

PRIMO, quòd quia tam laudabilis operis Reformatores cernendi sunt perspicaces, ordinamus, & tenore præsentium committimus, & deputamus ipsius Vniuersitatis Reformatores generales, videlicet in Christo Patrem Abbatem Sancti Michaelis de Clusa, Dominos Georgium de Albano, & Franciscum de Thomatis legum Doctores, Consiliarios, & fideles nostros dilectos, quos ad hoc nouimus per capaces. Qui si quidem Reformatores duo ex eis, vocato, & secum astante Capitaneo nostro Pedemontium superius, seu eius locum tenente plenam habeant potestatem, quam eisdem ex nunc conferimus per præsentes, loca, lecturas, & statuta ipsius Studij ordinandi, Doctores, & alios prouectos firmandi, Bidellum, & ministros necessarios constituendi, salaria taxandi, mandata de soluendo concedendi, computum Thesaurarij dicti Studij audiendi, examinandi, & concludendi, ac alia generaliter faciendi, gerendi, & exercendi, & quæ ad talium Reformatorum spectant officium, & eidem Studio necessaria videbuntur pariter, & opportuna.

ITEM, quia prouentuum ipsius Studij auida exactio, & perspicax distributio eidem multum prodesse possunt ad augmentum, ordinamus ibidem per nos fore aliquem expertum virum Thesaurarium ipsius Studij constituendũ, qui omnes, & singulos prouentus ipsius Studij infra mentionatos recipiat, conseruet, liberet, & expediat, vbi, & prout per dictos Reformatores decretum fuerit, & ordinatũ.

ITEM, vt ipsum Studium facilius inchoari valeat, permittimus, & propagari statuimus, & ordinamus, ac huiusmodi edicti nostri publici sanctione voce præconia per vniuersam ditionem nostram volumus propallari, quòd omnes, & singuli ipsius ditionis nostræ in facultatibus Theologiæ, Canonum, Legum, seu aliarum facultatum, ac artium deinceps studere volentes ad ipsum Studium Taurinense, & non alibi accedant, percunctentur, & studeant, & hæc sub pœna decem marcarum argenti per quemlibet contrafacientem committenda, & fisco nostro irremissibiliter applicanda.

Item,vt exteri omni scrupulo reiecto ad ipsum Studium veniant moraturi, eisdem studere volentibus à remotis, & forensibus quibuscunque partibus prouenientibus, Doctoribusque ac Reformatoribus, & Thesaurario d.Studij, ipsorumq; seruitoribus, libris, & cæteris bonis tàm veniendo, transeundo, & morando, quàm semel, & pluries redeundo, harum serie nostrum saluum conductum concedimus, ipsosque quandiu sub ditione nostra propterea aderunt, in nostris saluaguardia, & protectione speciali ponimus, & esse decernimus per præsentes, quas si quis ausu temerario infringere presumpserit, indignationem nostram, & vlterius pœnam vigintiquinque marchàrum argẽti pro vice qualibet se nouerit incursurum. Et insuper ipsos vt præfertur veniendo, & redeundo liberos pariter, & immunes esse volumus àb omni solutione pedag j, thelonei, reuæ, datij, gabellæ, & alterius cuiusuis consimilis tributi impositi, vel imponendi marchijs, repræsalijs, contracambijs, & alijs impedimentis in contrarium concessis, vel concedendis quibuscunque non obstantibus, & quinimò ipsos plenè frui, & gaudere volumus Papalibus, & Imperialibus beneficijs, & indultis in ipsa Ciuitate studentibus hactenus concessis.

Caetervm, quia pro solutione salariorum Doctorum, & aliorum Legentium, alijsque necessarijs ipsius Studij, quam plures pecuniarum quantitates sunt necessariæ, quæ solerti scrutinio præhabito non aliter, neque commodius, minorique detrimento sunt habendæ, quàm per media quæ edicimus sequentia.

Primo, quia consonum est rationi, vt qui commoda sentiunt, sentiant quid oneris, statuimus, volumus, & ordinamus, quòd Communitas ipsius nostræ Ciuitatis Taurini, prout hactenus consueuit pro præmissis deinceps singulis annis modis,& terminis consuetis soluat, ac soluere teneatur, & debeat, quamdiu dictum Studium in suo esse perseuerabit, quatercentum florenos parui ponderis in manibus prædicti Thesaurarij, qui illos, vt præfertur, inter Legentes fideliter distribuere sit adstrictus.

Item, pro residuo pecuniarum ad dictum Studium necessariarum habendo, etiam non alia quauis ambitione, occasione, vel causa pluribus moti iustis respectibus, gabellam salis hactenus prædicto Studio impositam iubemus, decernimus,& ordinamus reponendam fore pariter, & reintegrandam, modis,& formis inferius mentionatis,

tionatis,

tionaris, quam etiam reponimus per præsentes, quamdiu tamen ipsum Studium vigebit, & durabit, & non aliter, neque vltra, videlicet quòd pro qualibet carrata salis, quæ amodo in antea de gabellis nostris Niciæ, & Cunei ad, & per partes nostras Pedemontium superius, & inferius, & vbilibet, & quomodolibet vehi, & conduci contigerit, soluatur, & solui debeat in manibus dicti Thesaurarij, seu ab eo deputandorum vnus florenus parui ponderis, & infra pro rata.

Item, pro qualibet carrata salis, quæ aliundè, quàm à dictis gabellis nostris, ad & per ipsam patriam nostram Pedemontium superius, & inferius vbilibet, & quomodolibet vehi, & conduci contigerit, soluatur, & solui debeat in manibus dicti Thesaurarij, seu deputandorum ab eo vnus florenus cum dimidio parui ponderis, & infra pro rata.

Item, quia patria nostra Pedemontium est quam plurimum diffusa, ordinamus, quòd in locis limitrophis, videlicet Montis-regalis, Fossani, Sauiliani, Carignani, Ripæ, Summeripæ, Montiscalerij, Cherij, Podiuarini, Sanctæ Agathæ, Hipporediæ, Secusiæ, & Perusiæ, vel aliquo ipsorum locorum fiat, & fieri debeat per conductores ipsius salis vera ipsius consignatio, & gabellæ solutio in manibus alicuius probi viri in quolibet dictorum locorum per Thesaurarium dictum collectoris deputandi. Qui siquidem collectores in manibus dicti Thesaurarij debita præstabunt sacramenta, computabuntque, & soluent dicto Thesaurario de omnibus per eos ex dicta gabella exactis, receptis, & recuperatis. Qui si quidem collectores pro stipendijs, pœnaque, & labore per eos circa præmissa adhibendis percipient, & habebunt vigesimam partem horum, quæ de dicta gabella recuperabunt, & exigent, & non aliud, neque vltrà, dolo, fraude, & alijs quibusuis reiectis inhonestis.

Item ad cohibenda facinora fraudesque, & machinationes, quæ in solutione ipsius gabellæ committi possent, decernimus, & ordinamus, ac publicè proclamari volumus, & iubemus, quòd quicunque fraudem circa dictam gabellam in non soluendo, vel aliàs commiserit, pœnam amissionis salis, quod pro tunc ducet, & ex quo fraudem commiserit, incurrat ipso facto, & vlterius vnius floreni, vltra dictam gabellam, pro carrata, & duorum denariorum grossorum pro qualibet sarcinata, quæ quidem pœna pecuniaria fisco nostro applicetur, pœna autem amissionis, & confiscationis dicti

salis,

falis, vt infra diftribuatur, videlicet quarta pars ipfius falis Officiario maiori loci illius, in quo, feu in cuius diftri&u fraus huiufmodi committetur, alia verò quarta pars ipfius falis denunciatori, feu accufatori ipfius fraudis, fi quis fuerit, refiduum verò gazophylacio, feu clauario ipfius Studij Taurinenfis in manibufque Thefaurarij eiufdem pro incumbentibus ipfius Studii oneribus commodius fupportandis: adeó, & taliter, quód fi contingat aliquo anno tám ex di&is quatuorcentum florenis pro gabella, & pœnis huiufmodi aliquid fupereffe, quod illud tunc fideliter, & ad opus Studij eiufdem per di&um Thefaurarium conferuetur, & in primo adueniente defe&u implicetur. Si veró contingat etiam in di&o anno quicquam deeffe, illud ex eo, quod primo defuperérit, fideliter fuppleatur, fic quòd ipfum Studium prodigalitatem, aut penuriam nequaquam patiatur.

Item, quia pro inftanti huiufmodi Studij inchoatione neceffariæ funt pecuniæ in promptu habendæ, prædi&is Reformatoribus, & Capitaneis noftris poteftatem ferie præfentium impartimur circa hæc faciendi, & ordinandi, tàm per infpe&ionem, taxationem, & præftantiam falis, quod nunc eft in patria, quàm di&orum quatuorcentum florenorum, prout, & quemadmodum eis videbitur faciendum, friuolis exceptionibus pariter, & appellationibus quibufcunque non obftantibus.

Item, vt huiufmodi gabella omni fufpitione fublata re&o marte procedat, decernimus, ftatuimus, & ordinamus, quod omnes, & finguli Officiarij nobis tam mediatè, quàm immediatè fubie&i vbilibet conftituti teneantur fub vinculo fuorum præftitorum, ac de nouo in manibus di&i Thefaurarij præftandorum iuramentorum & fub pœna decem marcharum argenti per eos, fi contra fecerint committenda, & nobis irremiffibiliter applicanda præmiffa omnia, & fingula, ac etiam alia per di&os Reformatores, circa hæc ordinanda tenere, attendere, & effe&ualiter adimplere, tenerique, attendi, ac per quofcunque inconcufsè facere obferuari, cum omni alia folemnitate ad hæc neceffaria pariter, & cautela.

Mandantes propterea, committentefque, & diftri&è præcipientes prædictis Capitaneis Pedemontium, Gubernatori terræ noftræ Niciæ, vniuerfifque, & fingulis alijs Gubernatoribus, Vicarijs, Poteftatibus, Balliuis, Iudicibus, Caftellanis, Procuratoribus,

& cæ-

& cæteris Officiarijs nostris præsentibus, & futuris, tâm citrà,quàm vltrà montes vbilibet constitutis, ipsorumque loca tenentibus, & cuilibet eorum, quantum suo incumbit officio, quatenus præmissa omnia, & singula per vniuersa sua capitula teneant, attendant, tenerique, attendi, & obseruari faciant, nec contra ipsa, seu ipsorum aliqua contrafieri,aut aliàs per quemcunque, qualitercunque attentari patiantur, vel permittant. quinimò Reformatoribus, & Thesaurario circà præmissa efficaciter assistant, dictasque cridas,& proclamationes liberè, & indilatè faciant, ne quis prætextu ignorantiæ se valeat excusare; de ipsisq; proclamationibus publica confici postulent instrumenta, vt perinde transgressores, si qui fuerint, condigna valeant animaduersione puniri. Datum Chamberiaci die penultima Septembris, Anno Domini millesimo quatercentesimo vigesimo quarto. Per dominum præsentibus Dominis Archiepiscopo Tharen. Ioan. de Belloforti Cancellario, Bastardo de Sabaudia, G. de Montemaiori Marescalco,M. ex Marchionibus Saluciarum,Henrico de Columberio, Lamberto Oddinetti, Ioanne de Fonte,Petro Boniuardi, Vrbano Cereserij, Antonio Carionis, Ioanne Burlandi Procuratore fiscali, Petro de Montone, & Gulielmo Marescahali Thesaurario.

Bolomier.

Registr. litteræ Portis.

TRANSMVTATIO STVDII A SAVILIANO Taurinum cum nouis priuilegijs.

LVDOVICVS de Sabaudia Princeps Pedemontium, Primogenitus, Locumtenensque Generalis Illustrissimi genitoris mei Do. Amedei Ducis Sabaudiæ, Chablasij,& Augustæ Principis, Marchionis in Italia, Comitis Pedemontium, & Gebenensis, Valentinensisque, & Diensis, ac Imperialis Vicarij generalis. Vniuersis modernis,& posteris seriem præsentium inspecturis rei gestæ notitiam cum salute. Quamuis indefessus nostræ solicitudinis continuò aspiret affectus cuncta prouecta circumspectione prægesta, nedum illibata seruare, sed præuio cęlesti numine assiduis auspicijs propagare. Decens attamen nostræ munificentiæ præsidium stabilitur, vt agnitis impedimentis, quæ per inopinatum rei tentatæ comprobatur euentum, non proptereа laudabiliter inchoata deseramus, sed potius ea rerum, & temporum qualitate prospecta aliorsum committimus, vt quod vnius incapacitate dirimitur, alterius restauratione

seruetur-

ſeruetur. Cum ergo prout litterę Apoſtolicę,Imperiales, atque ipſius Domini noſtri ſuperindè conceſſæ profitentur, in Ciuitate Taurinenſi per inclitæ memoriæ Illuſtr. Auunculum noſtrum chariſſimum Dominum Ludouicum de Sabaudia, Principem Achayæ pridem ſtabilitum fuerit, & poſt per memoratum Dominum meum tanto opere Studium generale reformatum, tàm fœcundis Apoſtolicis, ac ipſius Domini mei priuilegiorum brauijs in ipſis litteris vberrimè declaratis; quod ſi quidem generale Studium cauſante, & tunc concurrente ipſius Ciuitatis Taurin.in aptitudine, à dicta Ciuitate Taurini primò ad locum Cherij, & poſtremò ad villam Sauiliani per memoratum Dominum meum tranſmutatum extiterit, ac ibi certorum annorũ luſtro quieuerit, ſperans idem Dominus meus Studium ipſum, vt eidem communiter ferebatur, locis in illis iugiter propagari, experientia tamen notoria limpidius demonſtrauerit huiuſmodi Gymnaſium quadam incapacitate, ac inhabilitate dicti loci Sauiliani, vbi vltimò Studium ipſum reſidebat, quam plurimis ex cauſis nobis expoſitis ibidem ad anihilationem deuenire, quo vnde irrefragabilis almæ filiæ noſtræ ipſius Studij Vniuerſitatis parte pleriſque interpellati fuerimus,quatenus memoratum Studium ad ipſam Taurini Ciuitatem, qua amęnitate, induſtria, opulentia, & alijs neceſſarijs refertam, ad hæc fecerunt iterum reducere dignaremur. Nolentes ea propter huiuſmodi inſigne Studium iam ſummoperè quæſitum, & vſque diutius allactatum noſtris temporibus talibus diſpēdiis aboleri,ſed verius(illius opitulāte gratia,à quo bona procedunt ſempiterna) fœcundioribus incrementis præpollere, ac ipſius ſalubri reſtabilimento imbecillum obtuſas mentes illuſtrari, & ipſorum redimitas cęſaries laureari, vt quæ vnius loci incapacitate, ac inhabilitate ibidem debitum factum parturire non poteſt, alterius ſolertia roboretur. Attendentes inſuper Ciuitatem ipſam Taurini, in qua Conſilium vltramontanũ etiam poſt continuum traxit incolatum à ſeparatione fore plurimum populatam, pariter & reſtauratam, vbi rerum copia, incolarum ciuilitas, & alia adſunt. Conſiderantes equidem hilaritatem,ſinceritatem, qua ipſi fideles noſtri terrigenę eiuſdem Ciuitatis ipſum Studium,prout nobis refertur,ſunt honorificè,& cordialiter amplexuri dictamque almam filiam noſtram Vniuerſitatem, vt ſibi neceſſitudinis iunctam puparum vbertate lactaturi.Idcirco matura Prælatorum,Baronum, peritorum,& aliorum procerum Conſiliariorum noſtrorum deliberatione pręhabita:ex noſtra certa ſciētia pro ipſo Domino meo,nobiſque, & noſtris, ijs,& alijs laudabilibus cauſis, & reſpectibus animum

mum noſtrum ad hæc demulcentibus, etiam ad humilem ſupplicationem hominum, & communitatis dictæ Ciuitatis Taurini nobis ſæpiſſimè factam, ipſum generale Studium, illiuſque cœtum, Doctores, Magiſtros legentes, Scholares, & Vniuerſitatem ab eodem loco Sauilliani ad ipſam Ciuitatem Taurini, præſentium indulto litterarum duximus reuertendũ, pariter & tranſmutandum, & in eadem ciuitate Taur. amodò in anteà penitus, & inſolidũ percunctandũ ſub illis, & eiſdem priuilegijs, indultis, largitionibus, & prerogatiuis vniuerſis, quibus ipſum Studium idem Dominus meus in eadem Ciuitate, & conſequenter in dicto loco Sauilliani hactenus duxerat perfruendum. Cœterùm vt ipſa filia noſtra Vniuerſitas eidem Ciuitati Taurin. de cœtero legitimè, ac indiſſolubiliter copulata valeat alumnos parturire, redimitos morum venuſtate, ac etiam apicibus conſpicuos, illoſq; vberioribus lactare vberibus, ac opulentius educare, eiſdem hominibus, & communitati Ciuitatis Taurin. eorumque perpetuæ poſteritati nec non memoratæ filiæ noſtræ Vniuerſitati vlterius concedimus, quæ ſequuntur.

In primis, quòd ipſum Studium, totaque Vniuerſitas amodò in anteà in dicta Ciuitate noſtra Taurini, dum tamen, & quandiù eidẽ Domino meo nobiſq; & noſtris in patria noſtra ipſum Studiũ habere, & tenere vltrà montes placuerit, perpetuò teneatur, & efficaciter exerceatur, ſic quòd alibi in territorio noſtro vltra montes tranſmutari non valeat, aut de nouo fundari, ſeu quomodolibet exerceri; nec quoque per eandem communitatem Ciuitatis prædictæ refutari poſſit, niſi de dicti Domini mei, ac noſtra proceſſerit voluntate, & ſi fortè illos alibi propter peſtem, vel al a de cauſa aliquo modo contigerit tranſmutari, ipſa cauſa ſublata, vel ceſſante in ipſa Ciuitate noſtra Taurini illico reuertantur permanſuri.

Item, vt ipſum Studium potiùs exhalare valeat, concedimus, & largimur, quòd in lecturis Studij eiuſdem manuteneantur Doctores famoſi, & inter cœteros ſint ſemper ſaltem duo concurrentes in lectura ordinaria Decretalium de mane. Item duo concurrentes in lectura ordinaria de mane Iuris Ciuilis, videlicet vno anno Codicis, alio anno Digeſti veteris, & duo alij in lectura ordinaria Iuris Ciuilis de ſero, videlicet Infortiati, & Digeſti noui, & in ſingulis alijs lecturis tàm Iuris Canonici, quam Ciuilis deputentur Doctores idonei, ſufficientes iuxta lecturarum exigentiam quodque ſemper, & continuè eſſe debeat vnus valens, & expertus vir in artibus, & me-

& medicina, & vnus alius in Theologia, & ibidem iusta lance distribuantur, specificenturque, & directò manuteneantur lecturæ Studij generalis, & adeò stabiliantur, & quòd illas abindè non contingat præuaricare, & præmissa ampla fieri, & manuteneri volumus quantum se extendere poterunt pecuniæ pro ipso Studio infra ordinatæ probè, & absque detractione, seu occultatione quacunque.

ITEM, ne studentibus superueniant damnosa lecturarum interualla, concedimus, & ordinamus quòd Doctoribus legētibus taliter & opportune de salarijs ipsorū, quam de solutionibus prouideatur, quod eis materia non supersit in practica adeò insistere, quod theorica, & lecturæ ordinariæ differantur, aut aliàs quomodolibet protellentur.

ITEM, vlterius concedimus, & largimur, quòd omnes fideles nostræ Ciuitatis prædictæ Taurini Doctores, Licentiati, & Studentes, de cætero in ipsa Ciuitate, vel Vniuersitate habeant, gaudeantque, & fruantur eisdem honoribus, & prærogatiuis, quibus gaudent, & funguntur alij, Doctores Licentiati, Scholares, Ciues, & incolæ aliarum Ciuitatum Italię, in quibus huiusmodi studia generalia consueuerunt exerceri, & ad lecturas Studij eiusdem admittantur, prout Reformatoribus ipsius Studij videbitur vtilius faciendum.

PRAETEREA concedimus, & largimur, quòd in dicta Ciuitate nostra Taurini nostrum Cōsilium vltramontanū, vnà cum ipso Studio residētiam ordinariam faciat, sintque eidem nostrę Ciuitati duo tanta, tamque ampla munera nostri Consilij, atque Studij generalis iuncta, vt vnum alterius fomento fœcundius propagetur. Etsi contigerit prælibatum Consilium nostrum vltramontanum residentiam assumere in alio loco, quàm in Ciuitate præfata Communitas ipsius nostræ Ciuitatis vlterius non teneatur ad solutionem quingentorum florenorum, qui vt infra ordinantur solui per eandem; nec ad ipsorum solutionem quouis modo compelli possint, nisi de sui libera processerit voluntate, & in credentia per partitum ibi consuetum prius foret obtentum.

LARGIMVR etiam, & concedimus ex nostra certa scientia Communitati dictæ nostræ Ciuitatis, quòd pedagium, seu pontenagium pontis Padi exigi retro actis temporibus solitum, dumtaxat à festo Assumptionis B. Mariæ Virginis de Augusto vsque ad festum San-

ctí

cti Michaelis eis modo, & forma, quibus tempore prænarrato est exigi consuetum omni tempore anni ex nunc, & in antea per dictā Communitatem exigi possit pro onere solutionis dictorum quingentorum florenorum soluendorum, vt infra pro dicto Studio per ipsam Communitatem faciliùs supportando, & hoc duntaxat pro tempore, quo vigebit, & residebit Studium in dicta Ciuitate. Eo autem ibi deficiente remaneat exactio dicti pedagij, seu pontenagij, prout erat ante nostram præsentem concessionem.

ITEM ordinamus, & disponimus, quòd omnes, & singuli Doctores, & Scholares huiusmodi Studij nostri Taurini iurisdictioni nostræ submissi, amodò in anteà in criminalibus subsint duntaxat ordinariæ iurisdictioni, cognitioni, & punitioni Vicarij, & Curiæ nostrorum Taurin. & ipsius Curiæ vices gerentium secundum formam capitulorum eiusdem Ciuitatis Taurini, ità tamen quòd Rector ipsius Studij in quolibet actu congruo temporis interuallo vocetur, & intersit.

RVRSVS concedimus, & ordinamus, quòd Doctores in ipso Studio sallariati, & Legentes non possint aduocare, seu patrocinium præstare pro aliquo contra Communitatem Taurini, nec contra aliquam personam de Taurino, vel districtu Taurini, nisi tamen id esset pro ipso Domino meo, nobisque, vel successoribus nostris, & nisi ipsis Doctoribus, vel alicui ipsorum esset concessa licentia patrocinandi per nos, seu Consilium, aut credentiam dictæ Ciuitatis, & ita quilibet ipsorum Doctorum iurare teneatur in manibus sui Rectoris, præsentibus Syndicis dictæ Ciuitatis, dum fuerit requisitus.

ITEM, quòd non liceat cuiuis Rectori Licentiato, Scholari, vel alteri cuicunque de Vniuersitate dicti Studij emere, aut ex dono, vel quouis alterius contractus genere recipere vinum ab extra Ciuitatem, & districtum Taurini, aut etiam ex suis proprijs possessionibus natum conducere vllo vnquam tempore pro ipso reuendendo in Ciuitate, sed duntaxat pro ipsorum vsu necessario, & quicunque contrafecerit, sit in pœna pro qualibet vice perditionis talis vini, & vnius floreni parui ponderis pro quolibet sestario, cuius tertia pars sit accusatoris, aliæ verò duæ partes eidem Domino meo, & quilibet bonæ famæ possit accusare.

ITEM

Item, quòd nullus Rector, Licentiatus, vel Scholaris dicti Studij possit aliquo iure prætenso tenere domum alicuius ciuis, habitatorum, vel incolæ Taurini, nisi pro tempore, quo locata fuerit, & liceat post tempus expressum, & conuentum locationis talis domus locari ali, vel alijs, quibus voluerit locare ipsam talem domum, vel pro se retinere ad suæ libitum voluntatis.

Item, quia Communitas Sauilliani pro ipso Studio, vt in ipsis pactionibus continetur, soluebat annis singulis quingentos florenos parui ponderis, ordinamus de ipsius Communitatis Taurin. consensu, & voluntate expressa, quòd ipsa Communitas Ciuitatis nostræ Taurini amodo in antea, quandiù ipsam pœnes, vt præfertur stabit, & vigebit Studium, soluat, & soluere teneatur singulis annis alios quingentos florenos parui ponderis, videlicet in Kalendis Maij medietatem, & aliam medietatem in Kalendis Nouembris, in auxilium salariorum Legentium in dicto Studio, quos tamen quingentos florenos ne populus, & incolæ ipsius Ciuitatis in posterum contra ipsum Studium animentur, volumus, & ordinamus solui per ipsam Communitatem super introitibus suis, aliàs quod per impositionem alicuius taleæ, vel præsti, sanè tamen intellecto, & reseruatis, quòd dictos florenos quingentos annuales dicta Communitas soluere non teneatur, nisi quandiù ipsum Studium esset, & per ipsum Dominum meum, nosque, & successores nostros manuteneretur modis, & formis in hac transactione descriptis in ipsa Ciuitate Taurini, & nos successoresque nostri contribueremus, & solueremus duo millia florenorum parui ponderis annualium de & super gabella salis foranea pridem ad hoc instituta, seu alibi de nostro.

Item, quòd dicti quingenti floreni soluantur singulis annis terminis supradictis per massarium Communitatis ipsius Ciuitatis Taurini in manibus Thesaurarij ipsius Studij, qui illos proinde secundum ordinationem, & distributionem Reformatorum soluat, & soluere teneatur probè legaliter, & absque fraude, & sine detractione quacunque duntaxat Doctoribus, & alijs salariatis in ipso Studio continuè legentibus.

Item, vt ipsum Studium authore Deo perpetuè solidum permaneat, & debita prouisione salariorum Doctorum, & aliorum legere debentium sustentationem, & augmentum valeat recipere, concedimus

dimus vltra, & largimur, promittimusque soluere pro salarijs Doctorum, & quorumcunque legere debentium in ipso Studio, florenos duo millia parui ponderis singulis annis, pro, & super dicta gabella sal s ad opus, & sustentationem dicti Studij dudum imposita, in duobus terminis, videlicet in kalendis mensis Maij medietatem, & in Kalendis Nouemb. aliam medietatem. Quam quidem gabellam tantum facere valere promittimus, aut saltem totam dictam gabellam, ad opus, & sustentationem dicti Studij impositam eis modo, & forma, quibus fuit imposita relinquemus soluendam, & conuertendam in vtilitatem dicti Studij, prout, & quemadmodum pro ipso Studio extitit ordinata, quandiu ipsum Studium erit in dicta Ciuitate Taurini perpetuò duraturum.

Qvae quidem omnes prædictæ pecuniæ pro dicto Studio ordinatæ, tam videlicet floreni duo millia ex dicta gabella salis percipiendi, quam dicti floreni quingenti soluendi per dictam Communitatem, fideliter, & integrè in salarijs duntaxat legentium continuè, & non in alios vsus debeant implicari. Quod si aliquid ex eis aliquo casu superfuerit, illud pro futuro, vel futuris annis legaliter per Thesaurarium eiusdem Studij conseruetur, & in augumentationem lecturarum continuò exponatur.

Item, quòd dicta Communitas Ciuitatis Taurini vltrà præmissa teneatur suis sumptibus ministrare, & manutenere Scholas idoneas cum Cathedris, & banchis necessarijs, & campana, ac ipsius pulsatorem pro lectionibus, & actibus scholasticis ad huiusmodi Studium opportunis, nec non scamna, scabella in Ecclesia Cathedrali dictæ Ciuitatis ad doctoratus insignia tribuenda necessaria

item, quòd Communitas dictæ Ciuitatis quantum opus fuerit, impetrare teneatur in Curia Romana confirmationem priuilegiorum Papalium aliàs eidem de Studio generali habendo concessorum, cum obtentione priuilegiorum, quæ fuerunt in ipsa Curia Romana impetrata per Dominos Franciscum de Thomatis, & Humbertum de Chysiaco Procuratorem nostrum in Curia Romana tunc pro Studio Sauilliani faciendo translationem eorundem ad Ciuitatem Taurini expensis ipsius Communitatis Taurini, & infrà vnum annum proximè sequentem.

Item, vt Ciuitas prædicta fœcundior, & magis sana reddatur, quòd

quòd Communitas dictæ Ciuitatis Taurini infra quatuor annos proximè sequentes teneatur, & debeat decenter pauerì facere Ciuitatem de lapidibus per ſtratas magnas publicas, & ordinandas per conſilium noſtrum vltramontanum, & hoc ſub pœna centum librarum fortium per eandem Communitatem, ſi deficiant, committenda, & præfato Domino meo irremiſſibiliter applicanda.

ITEM, concedimus, ordinamus, & largimur, quòd Doctores, Licentiati, Studentes, & alij de Vniuerſitate Studij prædicti pro eorum vſu duntaxat, & eorum res, & bona, & quæcunque victualia poſſint ducere ad dictam Ciuitatem Taurini; nec teneantur in ipſa Ciuitate Taurini, nec poderio eiuſdem ſoluere aliquam gabellam, datium, vectigal, pedagium, toltam, aut aliam exactionem quocunque nomine cenſeantur, ſeu ab earum ſolutione ſint immunes, videlicet pro his tantummodo victualibus, & cæteris rebus, quæ ad vſum, & victum ſuum, ac ſuæ familiæ pertinere videbuntur. Pro alijs verò rebus ſoluere teneantur; prout, & quemadmodum Ciues dictæ Ciuitatis Taurini ſoluere tenentur. Sanè tamen intellecto, quòd ſi fieri facerent beccariam, ille qui beccariam faceret, ſolueret gabellam beccariæ dictæ Ciuitatis, ſicut alij beccarij Taurini.

ITEM, quòd quælibet perſona de ipſa Vniuerſitate dicti Studij, vltrá alia priuilegia hactenus eis indulta, deinceps gaudeant, & gaudere debeant, dum in ipſa Vniuerſitate reſidebũt, eiſdem franchiſijs, priuilegijs, & libertatibus, quibus gaudent, & gaudere poſſunt quicunque alij Ciues originarij dictæ noſtræ Ciuitatis Taurini.

ITEM, vt Doctores, & Studentes dictæ Vniuerſitatis poſſint congruis pretijs habere domos eis neceſſarias in dicta Ciuitate, ex parte Ciuitatis deputentur vnus, vel duo, ex parte Vniuerſitatis totidem, qui teneantur perquirere omnes domos locabiles apras pro Doctoribus, & Scholaribus, qui habeant poteſtatem præſtito eiſdem iuramento per Conſilium noſtrum ibidem reſidens, de benè, & probè taxando penſiones earundem, & ipſis ſic taxatis pretio per eos taxato teneantur ij, quorum ſunt, & erunt ipſæ domus eas dimittere, & vbicunque ipſæ domus reparatione egebunt, ordinare earum reparationem, ad quam faciendam arbitrio ipſorum teneantur, & ſint aſtricti hi, quorum ſunt ipſæ domus, & ſi vlla ſuper ipſarum taxatione, & reparatione eſſet inter ſic deputatos contentio, ſeu diſcordia, quòd dictum Conſilium no-

ſtrum ibidem reſidens plenam habeat poteſtatem diſponendi, & ordinandi, prout ſupra rationabiliter videbitur.

Et, vt abundantius haberi poſſint præfatæ domus, Iudei teneantur dimittere domos, quas tenent in dicta Ciuitate conductas, & locum relinquere, vel reduci in aliquo angulo, & cancello Ciuitatis arbitrio noſtri Conſilij, ita quod per eos nullo modo domus neceſſariæ, & aptæ pro Doctoribus, & Studentibus occupentur.

Item, quòd quolibet anno eligantur duo pro parte Studij, videlicet vnus Doctor, & vnus Scholaris, & duo pro parte Communitatis, idonei ad ſedandum, & pacificandum rixas, & ſcandala, ſi quæ (quod abſit) inſurgerent vnquam inter aliquem, vel aliquos de Vniuerſitate dicti Studij, & aliquem, vel aliquos de dicta Ciuitate Taurini. Qui duo ſic electi pro Studio teneantur iurare in manibus Rectorum Studij præſente Vicario Taurini, & dicti duo ſic electi pro parte Communitatis iurare teneantur in manibus Vicarij Taurini, præſente Rectore dicti Studij ſeſe daturos omnem operam bonam promptam, & poſſibilem ad ipſam ſedandam, & pacificationem fiendam; quinimò ad euitanda ſcandala, & rixas, caſu quo viderint veriſimile oriri poſſe, qui primo eorum hoc ſenſerit debeat notificare ſtatim poſſetenus alijs. Quibus quatuor dicti Rector, & Vicarius, ſi pro parte ipſorum quatuor, vel omnium ex eis fuerint ad hoc requiſiti, debeant eis aſſiſtere, & eis præſtare poſſetenus auxilium, conſilium, & fauorem, etiam virtute iuramentorum per ipſos Rectorem, & Vicarium in introitu ſuorum officiorum præſtitorum, ſeu præſtandorum.

Item, quod ſi vnquam (quod abſit) inſurgeret rixa, vel debatum inter aliquem, vel aliquos, vnum, vel plures de Vniuerſitate Studij, & aliquam ſingularem perſonam, vel aliquas ſingulares perſonas Taurini, vnam, vel plures, quod tamen nos, vel aliquis noſtrorum ſucceſſorum nihil de hoc, vel propter hoc valeamus imputare, vel imputari facere contra Communitatem dictæ Ciuitatis Taurini, niſi Communitas eſſet in culpa manifeſta.

Item, quod Communitas Ciuitatis Taurini in pleno, & generali Conſilio Ciuitatis prædictæ Taurini, ſeu credentia, & Conſilium eiuſdem debitè congregati hinc ad diem tertiam proximi menſis Nouembris teneantur præmiſſa omnia ratificaſſe, emologaſſe, &

approbaſſe,

approbasse, prout superius descriptum. Promittentes propterea bona fide, in verbo Principis pro ipso Domino meo, nobisque, & nostris iam dictis prędicta omnia, & singula supra, & infrascripta attendere,& inuiolabiliter obseruare,& nunquam contrafacere,nec fieri permittere per quemcumque, clàm, vel palam, tacitè, vel exprefsè, quouis exquisito colore, etiam cum omni alia solemnitate, iurisque, & facti renunciatione ad hæc necessaria pariter, & cautela.

Mandantes propterea Consilio Vltramontes residenti,nec non Vicario, Iudici, & Clauario Taurini, ac cæteris Officiarijs eiusdem Domini mei, & nostris modernis,& posteris,ipsorumque vices gerentibus, & cuilibet eorumdem, quatenus huiusmodi transmutationem, & litteras nostras, immunitates, & priuilegia in eis comprahensa, largitionesq; & indulta hactenus eis concessa secundum eorum formam protinus exequantur, & obseruent, & per quoscunque inconculsè obseruari faciant illæsa, prædictumque Consilium Vltramontanum, ac ipsius Studij reformatores, quos de proximò duximus constituendos circa hanc Studij transmutationem, & alia, quæ ad ipsius propagationem, & perpetuam soliditatem videbuntur eminere, perspicaciter intendant, sicque ipsorum solerti diligentia præuia Vniuersitas ipsa filia nostra charissima vberiora dietim suscipere valeat incrementa. Datum Ripaliæ die sexta Octobris anno Domini millesimo quatercentesimo trigesimo sexto. Per Dominum Principem præsentibus Dominis Francisco Episcopo Gebennẽse, Ioanne Episcopo Lausanens. Gulielmo Episcopo Bellicense, Georgio Episcopo Augustense,Perciuallo Episcopo Montis-Regalis, Petro Episcopo Hipporegiense, Ioanne Præposito Montis Fortis. Io.Domino Belli fortis Cancellario, H. bastardo de Sabaudia, Ludouico bastardo Achaiæ, Io. Domino Bariaci, Mareschallo Sabaudiæ, Ioan. Domino Montis Maioris, Lancellotto Domino Luriaci, Henrico de Columberio, Claudio de Saxo, Francisco de Bassiaco, Petro Marchiandi Præside Consilij Vltramontani, Rodulpho Domino Codræ, Vrbano Cereserij, Antonio de Dragonibus, Iacobo Aioli Iudice Bressiæ, Ludouico de Monteolo, Gulielmo Bolomerij, Batholomæo Chabodi Thesaurario Sabaudiæ.

B. Bolomerij.

Regiſtr. litteræ Portis.

CON-

CONFIRMATIO TRANSLATIONIS *Studij, cum priuilegijs Apostolicis.*

EVGENIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam humanorum studiorum nullum eo pręstantius, quo Iuris vtriusque Diuini, pariter, & humani notitia, quæritur Creator omnium, veneratur Deus, colitur iustitia, exulat iniquitas, humanæque societatis sub pacis fœdere firmatur anchora. Dignum propterea (quinimo debitum arbitramur) vt generalium Studiorum loca, quæ veluti in Cœlo sydera in terra posita sunt, aeris puritate, rei familiaris vbertate, & ciuium humanitate lętentur, vt qui ex constitutorum inibi studiosorum virorum solerti labore fructus quæritur, in Dei cultus augmentum, ac humanæ eruditionis profęctum prosperè succedat. Dudum siquidem pro parte dilecti filij Nobilis viri Amedei Ducis Sabaudię nobis expositum, quòd locus Sauiliani Taurinensis diœcesis locum Cherij dictæ diœcesis, in quo hactenus viguerat, prout etiam tunc vigebat Studium generale, tàm in aeris serenitate, quàm in victualium copia excellebat, & propterea ad Studium præfatum suscipiendum aptior esset, & magis opportunus. Nos tunc de pręmissis sufficienter informati, ipsius Ducis in ea parte supplicationibus inclinati, præfatum Studium cũ omnibus suis priuilegijs de dicto loco Cherij ad præfatum Sauiliani, qui & dictus locus Cherij sub dominio ipsius ducis consistunt, authoritate Apostolica transtulimus ipsumque inibi constituimus, & etiam deputauimus, prout in alijs nostris desuper confectis litteris plenius continebatur. Cùm autem sicut exhibita nobis nuper pro parte ipsius Ducis petitio continebat ipse relato sibi per Doctores, ac Collegium præfati Studij, quòd ipse locus Sauilliani ad dicti Studij sustentationem, & continuationẽ aptus non erat, quódq; ab eo propterea plures ex eius suppositis recesserant, alijs etiam legitimis suadentibus causis, præfatum Studium ad Ciuitatem Taurinensem, in qua primò institutum ab illa postmodùm ad præfatum locum Cherij cum suis priuilegijs translatum fuerat, reduxerit. Pro parte Ducis, necnon dilectorum filiorum Vniuersitatis, ciuiũ, & habitatorum ipsius Ciuitatis fuit humiliter supplicatum, vt factæ per ipsum Ducem translationi huiusmodi pro illius substantia firmiori Apostolicæ confirmationis robur adijcere, & aliàs præfato Studio consulere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui Studiorum huiusmodi augmentationem, prosperosque successus

cessus intensis desiderijs amplectimur, quique nuper pro amplioir eiusdem Studij incremento omnibus, & singulis nunc, & pro tempore in illo Legentibus, & Studentibus, quòd eorum singuli, dum inibi legent, & studebunt omnes, & singulos suos debitores, iniuriatores, turbatores, & offensores in quacunque causa, tàm Ecclesiastica, quàm prophana, seu mixta, etiam criminali, necnon rerum, seu bonorum suorum detentores in patria ipsius Ducis, seu sub eius dominio tunc degentes cuiuscunque status, gradus, aut conditionis fuerint dummodo eorum domicilia, vltra quinque dietas legales à præfata Ciuitate non distent, coram Iudice, qui pro ipsorum Legentium, seu Studentium audiendis, & dirimendis causis, per ipsum Ducem, qui hac primaria vice authoritate nostra deputare valeat deputatus fuerit, ac indè futuris temporibus coram Abbate, qui tunc fuerit Monasterij Sancti Solutoris maioris extra muros Taurinens. trahere; nec non quorumcumque suorum beneficiorum Ecclesiasticorum fructus, redditus, & prouentus cum ea integritate (quotidianis tamen distributionibus exceptis) percipere valeant, cum qua illos perciperent, si in eisdem beneficijs personaliter residerent, quodque nullus ipsorum quacunque occasione, causa, seu prætextu extra muros eiusdem Ciuitatis per quemcumque Iudicem ordinarium, aut legatum, seu delegatum cuiuscunque dignitatis, vel auctoritatis citari, excommunicari, suspendi, interdici possit, aut valeat. Rursus, quòd ipsorum singuli in sacris ordinibus, aut dignitatibus constituti seu beneficia, quibus animarum cura imminet obtinentes, in præfato Studio per biennium ius ciuile audire, ac in eo studere possint, & valeant, nuper ante translationem Studij huiusmodi concessimus supplicationibus inclinati, factam ipsius Studij per eundem Ducem, vt præmittitur translationem ratam, & gratam habentes illam cum omnibus inde sequutis authoritate Apostolica confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus. Et nihilominus omnibus, & singulis nunc & pro tempore in dicto Studio legentibus, & studentibus, quod etiam omnibus, & singulis, quibus in illo, priusquam ab eadem Ciuitate transferretur, legentes, & studentes gaudebant, & vtebantur, vti & gaudere poterant; necnon alijs per nos, vt præmittitur concessis priuilegijs gaudere possint, & vti eadem authoritate concedimus per præsentes. Non obstantibus fœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, illis præsertim, quibus cauetur, ne quis extra suam Ciuitatem, & diœcesim, nisi in certis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur, seu ne Iudices à sede

Aposto-

Apostolica deputati extra Ciuitatem, & diœcesim, in quibus fuerint deputati contra quoscunque procedere, siue alij, vel alijs vices suas committere præsumant, nec non alijs constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis, statutis quoque, & consuetudinibus Ecclesiarum, in quibus beneficia huiusmodi forsan, fuerint iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, necnon priuilegijs, concessionibus, & indultis alijs generalibus, vel specialibus quorumcunque tenorum existant, etiamsi de illis specialis,& expressa, ac de verbo ad verbum habenda esset mentio, cæterisque contrarijs quibuscunque non obstantibus, aut si aliquibus communiter, vel diuisim à Sede prædicta sit indultum, quod interdici, suspendi, excommunicari,aut extra,vel vltra certa loca ad iudicium euocari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis,& communitionis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datæ Ferrariæ anno incarnationis Dominicæ millesimo quatercêtesimo trigesimo octauo, vndecimo Cal. Iulij. Pontificatus nostri anno octauo.

Bordonis.

TRANSLATIO STVDII A MONTECALERIO Taurinum cum confirmatione vnionis Consilij ad ipsum Studium Taur.

LVDOVICVS Dux Sabaudiæ, Chablasij, & Augustæ, sacri Romani Imperij Princeps, Vicariusque perpetuus, Marchio in Italia, Pedemontium Princeps, Gebennêsis & Baugiaci Comes, Baroque Vaudi, & Faucigniaci, Niciæque, Vercellarum, & Friburgi Dominus. Vniuersis præsentes inspecturis rei gestæ notitiam cum salute. Etsi generalis, qua cunctos fideles nostros pura mentis affectione complectimur, ad commoda eorum noster aspiret incessanter aff.ctus, eos tamen specialibus priuilegio, & prærogatiuis extollendos duximus, quos inter cæteros hoc munere dignos inuenimus, & potius decorandos, ad eaque vigilantius nostra dirigatur sollicitudo, quæ publicam potius quàm priuatam vtilitatem concernunt. Cum itaque excitati nuperrimè per quosdam priuatam

forte

fortè publicæ præponentes vtilitatem, & suam conditionem in detrimentum publicæ meliorem efficere quærentes. Consilium nostrum citra montes iam dudum constitutum, & residens, eiusque sedem, & Auditorium ex hac nostra Ciuitate Taurinensi, ad locum nostrum Montiscalerij transducendum duxerimus, & ibidem per quindecim annos commorandum certis suasiuis occasionibus nostro tunc conspectui deductis, & nostris in litteris expressis, ipsis de Montecalerio propterea concessis; Cumque, & subsequenter per illos de Taurino nobis clarè demonstratum fuerit transductionem huiusmodi per nos fieri non debuisse obstantibus conuentionibus, & pactis initis per nos cum ipsis de Taurino, cum Studium nostrum ex loco Saulliani ad hanc Ciuitatem Taurini vltimò reduximus, quo tunc per nostras litteras, & pactiones prædictas ipsa duo Studium videlicet, & Consilium vnita decreuimus, & volumus simul perpetuò sine diuortio residere; Fuerit, & item parte totius, seu maioris partis nostræ Cismontanæ ditionis euidētissimis nobis de declaratum rationibus, hanc ipsam Ciuitatem Taurini nostræ dignitari longè magis honorificam, propitiamque, & capacem, ac ipsi toti patriæ commodam, & vtilem esse pro sede, Tribunali, & Auditorio ipsius nostri Consilij, quàm locum Montiscalerij antedictũ, tàm respectu Studij, Doctorumque, Causidicorum, Artificum, Hospitum, Mercimoniorum, & victualium, victuique humano necessariorum, & aliorum ibidem, quàm in Montecalerio abundantius existentium, & iugiter affluentium, quàm etiam difficultatis transitus Padi tempore inundationis aquarum, quo & homines, & naues plerunque reperti dicuntur submersi, cumque etiam aliàs multimodò, de hoc extiterit nobis humiliter supplicatum, vt ipsum nostrum Consilium, eiusque sedem, Tribunal, & Auditorium ad hanc nostram Ciuitatem pro perpetuo futuro tempore reducere dignaremur, authoritatemque eidem tribuere, & conferre officij Præfecti prætorio perpetuo duraturum. Ecce quòd præmissis intellectis, pactisque, & conuentionibus prænarratis, & earum serie considerata, honore ipsius nostri Consilij Cismontani, tàm respectu loci sedis, quàm potestatis, & authoritatis eiusdem adaugere potius, quàm minuere volentes, ac pacta, & conuentiones seruare intendentes cum ipsis de Taurino, vt præmittitur initas, publicamque priuatæ (vt decet) vtilitatem præferre, ac fidelibus totius nostræ Cismontanæ ditionis complacere, & suæ nobis factæ supplicationi fauore beneuolo annuere, vt dum digni fructus dulcedine se refectos conspexerint, ad nostri seruitij commoda procuranda suæ industriæ studia

D dia

dia feruentiora conuertant. Ideò, certisque alijs laude dignis, & bonis respectibus, atque causis de præmissis, vt præmittitur expositum plenariè certificati. Ex nostra scientia, motu proprio, deque consilio Procerum, & aliorum Consiliariorum pro nobis,& successoribus nostris perpetuò, quibuscunque ipsum nostrum Consilium Cismontanum,Sedemque, Tribunal,& Auditorium, tàm sui,quàm quorumcunque perpetuò successorum,& in locum sui subrogandorum committendorum, aut quouis modo,& quandocunque,siue sub nomine, aut titulo Consilij, siue Capitanei, aut Locumtenentis, vel etiam Gubernatoris, aut alio quocunque vocabulo deputandorum, ad hanc nostram Taurinensem Ciuitatem reducendum, ac denuò ibidem instituendum, & constituendum duximus, reducimusque, instituimus,& constituimus,ac ibi perpetuò residere, & vnitum nexu indissolubili cum dicto Studio volumus, & decernimus per præsentes litteras, ipsis de Montecalerio, vt præmittitur concessis, cæterisque in contrarium fortè factis, & fiendis in futurum, aut etiam quouis modo concedendis, non obstantibus quibuscunque,quibus ex certa scientia, motuque proprio, & ex plenitudine potestatis derogamus, derogatumque per expressum esse, ac eas reuocatas, & irritatas fore decernimus præsentium per tenorem. Et præterea in augmentum potestatis, prærogatiuæ, & authoritatis ipsius nostri Cismontani Consilij, vtilitatemque commodum, & reuelationem totius nostræ prædictæ Cismontanæ ditionis, ipsum nostrum Cismontanum Consilium, eiusque,vt præmittitur successores, & in locum sui sub quocunque nomine, titulo, aut officij vocabulo constituendos, ex nunc in futurum, aut deputandos, eorumque Sedem, Tribunal,& Auditorium authoritate officij Præfecti prætorio decorandum duximus, decoramusque, & insignimus, ac ipsam sibi authoritatem concedimus, & totaliter conferimus per præsentes. Decernentes harum serie, quòd sententiæ per ipsum nostrum Cismontanum Consilium, eiusque prædictos perpetuò successores, aut in locum sui sub quocunque nomine, titulo, vel officio, aut vocabulo deputandos, aut vnquam constituendos proferendæ deinceps, seu etiam promulgandæ integrè valeant,tàm respectu principalis,quàm expensarum executioni demandari iuxta formam *authentica, quæ supplicatio,* proutque & quemadmodum exequi consueuerunt sententiæ, quæ per nostrum Chamberiacique residens Consilium proferuntur, & fuerunt hucusque promulgatæ; & quòd ab ipsis per ipsum nostrum Cismontanum Consilium, & dictos eius successores, aut subrogandos, vel deputandos, & constituendos, & prænarratis

pro-

proferendis fententijs appellari non debeat, neque poffit; fed ad nos, & fucceffores noftros duntaxat liceat fupplicari, quinimò in his feruari debeat forma prædictæ *authenticæ*, & fecundum plenam, & veram poteftatem, & authoritatem officij Præfecti prætorio ex nunc abinde procedi. Quæ præmiffa egimus, & conceffimus, tàm præmiffforum confideratione, & intuitu, quàm pro, & mediantibus quinque millibus florenis parui ponderis ab eifdem fidelibus patriæ noftræ Cifmontanę fupplicantibus habitis, & receptis manibus dilecti fidelis Confiliarij, & Thefaurarij noftri Sabaudiæ Generalis Humberti Fabri, qui de eis nobis tenebitur legitimè computare. Promittentes ideò bonafide noftra in verbo Principis pro nobis, & fuccefforibus noftris ftipulante Notario, & Secretario noftro infrafcripto, vti publica perfona, ac vice, & nomine dictorum patriæ, Communitatum, & ipfius noftrę Ciuitatis, ac omnium, & fingulorum, quorum intereft, & intereffe poterit in futurum, in vim folemnis pacti, & conuentionis, & cum folemni ftipulatione, huiufmodi noftras reductionis, largitionis, & conceffionis litteras dictis fidelibus noftris fupplicantibus, & fuę pofteritati illæfas perpetuò obferuare, ac in vllo vnquā contrafacere, vel venire, nec à dicta Ciuitate vllo vnquā tempore Sede, Tribunal, & Auditoriū, de quibus fupra, amouere, nec alio trāfducere, ponere, cōftituere, inftituere, aut transferre, aut ab eis authoritatē, vt pręmittitur collatā, & conceffam in toto, vel in parte auferre, diminuere ve, aut attenuare quouis modo etiam cū omni alia folemnitate, iurifq; & facti renūciatione ad hæc neceffaria, pariter, & cautela. Hæc omnia per cūctos noftro dominio fuppofitos præfentes etiā, & futuros, ad quos fpectat, & fpectare poterit, attendi in cōcufsè, & obferuari præcipientes. Mandantefq; ipfi noftro Cifmōtano Confilio, & fuis prædictis fuccefforibus, quatenus eorum Sedē, Tribunal, & Auditorium in dicta Ciuitate, & non alibi tenere debeant, & ibidem perpetuó permanere. Has in teftimonium litteras concedendo. Datas Taurini die quindecima menfis Martij, anno Domini millefimo quatercentefimo quinquagefimo nono. Per Dominum. Pręfentibus Illuftri eius fecundo genito Domino Ludouico de Sabaudia, Principe Antiochiæ, & Comite Gebennenf. nec non Dominis Antonio ex Marchionibus Romagnani Cancellario Sabaudiæ, Aymone Comite Cameræ, Viceque Comite Maurianæ, G. Domino de Varaxo, Bertrando de Duino, Domino Vallis Iferæ, Francifco de Thomatis Pręfidente Audientiarum, Viffredo Alingij Collaterali, Michaele de Canalibus, Stephano Scalia, Iac. Meinetij Generali, & Hūberto Fabri Thefaurario. Bolomerij.

Regiftr. Portis.

CONFIRMATIO.

AMEDEVS Dux Sabaudiæ, Chablasij & Augustæ, sacri Romani Imperij Princeps Vicariusque perpetuus, Marchio in Italia, Princeps Pedemontium, Gebennensis, & Baugiaci Comes, Baroq; Vaudi, Fauciniaci, Niciæque, & Vercellarum, ac Friburgi Dominus. Vniuersis serie præsentium fieri volumus manifestum, quòd nos visis, & per nostrum nobiscum residens Consilium solerti cum indagine de verbo ad verbum seriatim visitatis litteris recolendæ memoriæ Illustrissimi Domini genitoris mei quondam, cuius animam possideat Paradisus, dum in minoribus agebat, & Locumtenentis generalis fęlicis recordationis Illustrissimi aui nostri Amedei quondam Sabaudiæ Ducis fruebatur, fidelibus nostris benedilectis ciuibus, hominibus, & Communitati Ciuitatis nostræ Taurini super transmutatione, & residentia generalis Studij ibidem mentionati, & alijs franchisijs, libertatibus, immunitatibus, conuenientibus, pactis, & capitulis inibi compræhensis concessis præsentibus annexis, supplicationi itaque dictorum Ciuium hominum, & Communitatis Taurini super infrascriptis nobis factæ fauore beneuolo inclinati. Ex nostra certa scientia pro nobisque, & nostris hæredibus, ac successoribus vniuersis dictam transmutationem, & stabilitatem, residentiam, ac mansionem dicti Generalis Studij, necnon franchisias, immunitates, conuentiones, & capitula, & alia vniuersa, & singula in eisdem litteris descripta, & compræhensa, de puncto ad punctum iuxta earum formam continentiam, & tenorem, ac cum ipsarum litterarum annexis clausulis vniuersis, memoratis supplicantibus, quos vtique erga nos, & nostros fideles nouimus, & obsequiosos, ad opus ipsorum, & posteritatis eorum laudamus, confirmamus, ratificamus, & approbamus, ac de nouo, quantum opus est, eisdem concedimus, & largimur, & ita, prout in dictis litteris continetur, statuimus, ordinamus, & declaramus, & irrefragabiliter obseruari volumus per præsentes. Mandantes propterea Consilio Vltramontes residenti, necnon Vicario, Iudici, & Clauario Taurini, vniuersisque, & singulis officiarijs nostris modernis, & posteris, ad quos spectat, & præsentes peruenerint ipsorumque loca tenentibus, & cuilibet eorum, quatenus dictas annexas litteras eisdem supplicantibus, & suæ posteritati teneant, attendant inuiolabiliter de puncto ad punctum obseruent, obseruarique faciant per quoscunque illæsas, in nulloque contrafaciant quomodolibet, vel opponant.

nant. Datas Chamberiaci die vigeſima nona Martij, anno Domini milleſimo quatercenteſimo ſexageſimo quinto Per Dominum. Præſentibus Dominis Ioanne de Seyſſello Domino Bariati Mareſchallo, Claudio de Seyſello Magno magiſtro hoſpitij, Ioan. Michaelis Decano Sedunen. Præſide. Ludouico Boniuardi Domino Greliaci, Claudio de Cales Magiſtro hoſpitij, & Humberto Cheurerij Aduocato fiſcali. Floret Ricardonus. Regiſtrata eſt.

CONFIRMATIO
præcedentium priuilegiorum.

YOLANT primogenita, & ſoror Chriſtianiſſimorum Regum Franciæ, Ducilla Sabaudiæ, tutrix, & tutorio nomine Illuſtriſs. filij noſtri chariſſimi Philiberti Ducis Sabaudiæ, Chablaſij, & Auguſtæ, ſacri Romani Imperij Principis, Vicarijque perpetui, Marchionis in Italia, Principis Pedemontium, Niciæque, Vercellarum, ac Friburgi Domini. Vniuerſis ſerie præſentium fieri volumus manifeſtum, quòd nos viſis litteris conuentionum, franchiſiarum, & reſtitutionis tàm per authenticum, quàm originaliter præſentibus annexis, & ipſis omnibus diligenter, & maturè viſitatis per Conſilium nobiſcum reſidens, ipſiuſque Conſilij relatione ſuperindè audita, ſupplicationique dilectorum fidelium noſtrum Sindicorum, hominum, & Communitatis dictæ Ciuitatis Taurinenſ. (quæ inter alias Ciuitates, & inclita Oppida huius patriæ noſtræ Ciſmontanæ præcipua, & inſignis connumerari poteſt, & ſuis erga Sabaudiæ domum benemeritis vtique digna, ſic continuis, & ſpecialibus donis, gratijs, & prærogatiuis condonetur) ſuper his nobis factæ beneuolè inclinati, franchiſias, & conuentiones prætactas, ac litteras reſtitutionis præſentibus annexas, harum ſerie confirmamus, ratificamus, & approbamus, quatenus opus ſit, & perpetuam roboris firmitatem obtinere volumus; quacunque alia conceſſione, ſeu contradictione penitus reiecta, & non obſtante. Mandantes idcircò Conſilijs noſtris, pariter Officiarijs, & ſubditis omnibus, & ſingulis, tàm modernis, quàm poſteris, quatenus huiuſmodi franchiſias, conuentiones, reſtitutionem, ſeu reintegrationem, haſque confirmationis litteras noſtras omni æuo teneant, & inuiolabiliter obſeruẽt, nec in vllo contra faciant quomodolibet, vel opponant, vel contrafieri permittant in contrarium obijciendis non obſtantibus. Datum Vercellis die vigeſima octaua Aprilis, anno Domini milleſimo quatercenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. Per dominam. Præſentibus

Dominis

Dominis RR. Ioann. de Compesio Episcopo Taurinens. Vrbano Boniuardi Episcopo Vercellensi, H. Cheurerij Cancellario, F. Comite Crueneriæ Marescallo, A. Domino Miolani R. Comite Crescentini, P. de Sancto Michaele Præside, M. de Canalibus, M. Confalonerijs Capitaneo Sanctæ Agathæ, G. de Solario Condomino Villænouæ, D. Odrado Canauoxij Aduocato. Ioanne Louerij Thesaurario.

De Puteo.

CONFIRMATIO UNIONIS UNIVERSITATIS, & Studij cum Consilio Ducali, & reuocatio contrariantium rescriptorum.

CAROLVS Dux Sabaudiæ, Chablasij, & Augustæ, sacri Romani Imperij Princeps, Vicariusque perpetuus, Marchio in Italia, Princeps Pedemontium, Comes de Villario, Baro Vaudi, Niciæq; Vercellarum, ac Friburgi Dominus. Vniuersis serie præsentium fiat manifestum, quòd cum nuper sub die sexta mensis huius per nostras patentes litteras datas Carignani die quarta dicti præsentis mensis, ex nostra certa scientia, motu proprio, & de nostræ potestatis plenitudine, cæterisque bonis respectibus, & quandiù citra montes nostram fecerimus residentiam, mandauerimus suspendi exercitium Consilij nostri Cismontani Taurini ordinariè residentis, & totum illius Magistratum cum auocatione omnium causarum coram eo ventilantium ad nostrum nobiscum ordinariè residens Consilium, & cum prohibitionibus opportunis, & clausula irritante quicquid post illarum concessionem, tàm super supplicationibus quàm in causis prouideri, cognosci, vel definiri contingeret per præfatum Consilium Taurini residens, & aliàs prout in ipsis litteris per Syluestri Secretarium nostrum, & sigillo Cancellariæ sigillatis continetur. Ecce quòd ad nos venerunt parte dilectorum fidelium nostrorum Sindicorum, Ciuium, hominum, & Communitatis Taurinensis. Spect. Iur. vtr. Doct. Dom. Iacobinus de Sancto Georgio, Georgius Beccuti Ciues, & Legati dictæ Ciuitatis primò, & postremò ipse N. Georgius cum nob. Barbono de Strata, Grimerio Nechi, Stephano de Madijs, Io. Michaele Ferrerij, & Ioannetto Perrachinoti omnes ciues, & legati, qui nobis exhibuerunt franchisias, libertates, & conuentiones, ac confirmationes, atque litteras huic annexas per Illustrissimos progenitores nostræ dictæ Ciuitati, & Ciuibus

Ciuibus concessas, largitas, & cum ipsis initas, & iuratas, quarum obseruantiam debita cum instantia à nobis sæpè numero requisiuerunt, dicentes, proponentes, & allegantes dictam suspensionem, & alia præmissa per nos non potuisse, nec posse, dictis franchisijs, & conuentionibus, obstantibus, quibus contrauenire non possimus. Requirentes hoc ideò dictas suspensionis, auocationis, & irritationis litteras nostras per nos, tanquam directò contrarias dictis franchisijs, & conuentionibus cassari, irritari, & aboleri, ad dictum Consilium nostrum Cismontanum, & eius Magistratum dictæ Ciuitatis restitui, & reintegrari, atque declarari dictas suspensionis litteras esse contra debitum, & formam dictarum conuentionum, ac inaduertenter concessas, nobisque non licuisse, nec licere dictum Consilium, neque Studium ab ipsa Ciuitate remouere, suspendere, vel separare, aut transmutare, ac nec etiam Consilio nobiscum residenti vnire, ita quòd sit vnum Tribunal, etiam nobis, & Curia nostra Citramontes, vel etiam in dicta Ciuitate residente. Quibus auditis cupientes, imò volentes omnino vnicuique iustitiam ministrare, prout tenemur, quemadmodum fecerunt nostri Illustrissimi Antecessores, supra omnia iustitiæ cultores, cuius rei causa hoc nostrum Deus longæuum perseuerauit dominium, dictas omnes litteras, frāchisias, libertates, & conuentiones nobis realiter exhibitas fecimus visitari, & Senatum nostrum, Iurisque peritos super præmissis consuluimus, quorum omnium procerum, Consiliariorum nostrorum infrascriptorum votis auditis, rimatis, & intellectis, ipsorumque omnium matura deliberatione præcedente, iustitiam, & mentem nostrorum antecessorum, qui ita ad decus dominij nostri, Patriæq; nostræ Cismontanæ, & ipsius Ciuitatis propagationem statuerunt, & ipsum Consilium, & Vniuersitatem vnierunt, & in ipsa Ciuitate stabiliuerunt in sequentes, dictas suspensionis litteras, & omnia, & singula in eis contenta pro nobis, & nostris, ex nostra certa scientia, & motu proprio duximus reuocandas, & reuocanda, ac reuocamus, & irritamus per præsentes. Decernentes insuper ipsis superius nominatis, & Notario, ac Secretario nostro subsignato ad opus dictæ Ciuitatis nostræ, quorumcunque eiusdem præsentium, & futurorum in perpetuum stipulantibus, & recipientibus, nobis, & successoribus nostris in futurum non licere ipsum Consilium etiam nobis, & Consilio nostro nobiscum residenti in ipsa Ciuitate, vel in patria Cismontana existente suspendere, remouere, alibi transmutare, ipsi Consilio residenti vnire, sic quod sit vnum Tribunal, ac nec quocunque modo ipsum Consilium ab Vniuersitate Studij ibi

ad

ad decus nostri, & dictæ Ciuitatis ordinata separare, neq; dismembrare; sed perpetuò in eadem Ciuitate sint, & stent vnita ipsum Consilium, & Vniuersitas. Dictum propterea Consilium, & Magistratum eidem Ciuitati restituentes, reducentes, ac reintegrantes cum suis solitis authoritate, baylia, potestate, honoribus, præeminentijs, prærogatiuis, dignitatibus, quibus ante prædictam suspensionem nostram gaudebat, fruebatur, & erat latissimè decoratum, quibus omnibus generaliter, vel specialiter, nullatenus derogatum esse intendimus per concessionem suspensionis, & litterarum nostrarum prædictarum. Et si contingat secus fieri protestamur, & volumus non valere, quod præter mentem nostram, seu præter id fieri continget. Promittentes bonafide nostra, & in verbo Principis, & sub nostrorum omnium obligatione bonorum omnia præmissa attendere, & obseruare, in nulloque contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel causa, de iure, vel de facto per nos, vel nostros successores in futurum quoscunque. Mandantes hoc ideò omnibus, & singulis officiarijs, fidelibus, & subditis nostris totius patriæ Cismontanæ mediatis, & immediatis, præsentibus, & futuris, & sub pœna centum marcharum argenti pro quolibet, & nostræ perpetuæ indignationis, quatenus has nostras declarationis, reuocationis, & reintegrationis, confirmationis, ac mandati litteras teneant, attendant, & obseruent, dictoque Consilio Cismontano dictæ Ciuitati restituto, & ibi residere, stabilito, eiusque prouisionibus, ordinationibus, præceptis, iussibus, & mandatis pareant, obediant, & intendant, quemadmodum ante prædictam nostram suspensionem faciebant, & facere consueuerant, nostra in hac ditione residentia, vel præsentia, non obstante; etiam si in ipsa propria Ciuitate Taurinensi personaliter adessemus. Has in testimonium concedentes, datas Carignani die decimo tertio mensis Nouembris, anno Domini millesimo quatercentesimo octuagesimo tertio. Per Dominum, præsentibus Dominis Illustrissimo, & Reuerendissimo Apostolico Protonotario, & Præposito Montitionis, D. Francisco de Sabaudia, necnon D. Antonio Campionis Sabaudiæ Cancellario, Andrea Maluanda Apostolico Prothonotario, A. ex Comitibus Ploz. Præside, Oldrado Canauasij Præside Cismont. Lanfranco de Aduocatis. Defend. Pestenati Aduoc. Fisc. Petro Iacquemo, Aduoc. Pauperum, Ruphino de Murris Generali Sabaudiæque Thesaurario.

Cosmas.

Registr. Portis.

CON-

CONFIRMATIO.

CAROLVS Dux Sabaudiæ, Chablafij, & Auguftæ, facri Romani Imperij Princeps, Vicariufque perpetuus, Marchio in Italia, Princeps Pedemontium, Comes Gebennenf. Baugiaci, & Rotundi Montis, Baro Vaudi, Gai, & Faucigniaci, Niciæque, Breffię, ac Vercellarum, dominus. Vniuerfis facimus manifeftum, quòd nos vifis, & per fpectabilem benedilectum fidelem Confiliarium, & Præfidem noftrum Pedemontium Dominum Ioannem Francifcum Purpuratum de noftri mandato vifitatis franchifijs, conuentionibus, priuilegijs, immunitatibus, & libertatibus, illarumque confirmationibus per Illuftriffimos quondam bonæ memoriæ prædeceffores noftros benedilectis fidelibus noftris Syndicis, Confulibus, hominibus, & Communitati Ciuitatis noftræ Taurini datis, & conceffis præfentibus annexis, ipfiufque Præfidis relatione fuper hoc audita, & omnium tenore confiderato. Supplicationi itaque ipforum Syndicorum, Confulum, hominum, & Communitatis prædictæ fuper infrafcriptis nobis factæ beneuolè annuentes, confideratis quoque gratis, & acceptis feruitijs per ipfos nobis impenfis, & quæ in dies impēdi fperamus. Ex igitur noftra certa fciētia frāchifias, libertates, priuilegia, conuentiones, & immunitates ipfas, ac omnia in eis contenta, ratas, & grata habentes, ferie præfentium confirmamus, ratificamus, & approbamus, ac roboris firmitatem obtinere volumus fub modis, formis, & conditionibus in eifdem compræhenfis, & defcriptis. Mandantes propterea Confilijs nobifcum, & Taurini refidentibus, Præfidi, & Magiftris Cameræ computorum noftrorū, Iudicibus, Aduocatis, & Procuratoribus noftris fifcalibus, Vicario, & Iudici dictæ Ciuitatis, ac cæteris vniuerfis, & fingulis Officiarijs, & fubditis noftris mediatis, & immediatis, ad quos fpectabit, & præfenter peruenerint, feu ipforum locatenentibus, feruientibufque generalibus, & cuiliber eorundem fub pœna centum librarum fortium, pro quolibet, dictis Confilijs, & de Camera, inferenda, quatenus priuilegia, libertates, franchifias, immunitates, & conuentiones prædictas, hafque noftras illarum confirmatorias, præfatis Syndicis, Confulibus, hominibus, & Communitati, iuxta ipfarum formam, & tenorem teneant, attendant, & obferuent, ac per quorum intererit, illæfas obferuari faciant, in nulloque controueniant quomodolibet, vel opponant, quoniam fic fieri volumus quibufcunque in contrarium facientibus, & allegandis non obftantibus. Datum

Taurini die decimanona Decembris, millesimo quingentesimo trigesimo quinto. Per Dominum, præsentibus Dominis Hieronymo de Agatijs Cancellario Sabaudiæ, Ludouico de Castilione, Domino de Musineris Magno scutifero, Antonio ex Comitibus Plozaschi millite Consilij Taurini, Io. Michaele Cacherano, Cassiano Puteo Collateralibus, & Aduocatis fiscalibus, Iacobo de Bernetio Domino Rossanæ Magistro hospitij.

Lardet.

SENTENZA DELLA MAG. CITTA DI TORINO per la reintegratione, & manutentione dello Studio, contro la Città del Monteregale.

EMANVEL FILIBERTO per Iddio gratia Duca di Sauoia, Prencipe di Piemonte, &c A tutti facciamo manifesto, si come hauendo noi dell'anno mille cinquecento sessanta li otto di Decembre per commodo, & vtilità vniuersale de' nostri sudditi concesso alla Città nostra del Monteregale ampio priuilegio di hauer lo Studio, ò sia Vniuersità in tutte le scienze, nel modo, che altre volte fù dalli Illustrissimi, & Eccellentissimi Antecessori nostri di felice memoria concesso alli diletti nostri Cittadini di Torino, con clausule derrogatorie; & questo in tempo, che detta Città di Torino non era ancora ridotta à nostra vbidienza, di poi seguita la restitutione di essa Città di Torino fattaci dal Rè Christianissimo, li Sindici, & Agenti suoi, cioè M. Rafaele Bellacomba Dottore, & Nicolò di Paulo, con altri principali ci hanno humilmente esposto, che altre volte da Benedetto Pontefice, & dall'Imperatore Sigismondo, & dalli prefatti nostri Antecessori gli fù concesso lo Studio, & Vniuersità di tutte le scienze, talmente che fosse perpetuato in detta Città, & se per qualche accidente fosse transmutato altroue, che cessante detto caso douesse ritornarsi in essa, & che non potesse esser altroue di quà da mōti; & in virtù di dette concessioni hà cōtinuato per molti anni; & quādo per alcun accidēte lo Studio è stato mutato in altro luogo dello Stato, cessāte quell'impedimēto si é ritornato à Torino, doue poi è restato sēpre, se ben per causa della guerra si è fouraseduto per alcun tēpo. Onde supplicauano, che gli volessimo mātenere nel pristino stato, & se bisogno fosse, reintegrare nelle sue ragioni, & possesso, ò quasi di hauer lo Studio priuatiuè quanto al Monteregale, & ad ogni altro luogo di questo Principato, come pertinente à

Torino

Torino etiam in virtú della vnione fatta al Conseglio per il fù Illustrissimo Duca Ludouico per modo di contratto li quinde i di Marzo dell'anno mille quattrocento cinquanta noue, intentando à questo ogni rimedio piu vtile, con la clausula ius, & iustitiam ministrari. La qual supplicatione hauendo noi rimessa al nostro Conseglio, & Senato di quà da monti, vnitamẽte furono chiamati li Agenti della Città del Monteregale, & vditi nelle loro eccettioni, & di poi per vn rescritto nostro l'vltimo di Ottobre mille cinquecento sessanta trè, sottoscritto per Festa, rimessa la cognitione al detto Senato solamente, aggionti il fù Magnifico Consegliero M. Antonio de Gouea Senatore, & doi altri poi eletti per confidenti, cioè M. Cristoforo Alfeo Auocato fiscale generale, & M. Giuseppe Mommardo nostro Procurator generale, auanti quali comparendo per la Città di Torino li detti Bellacomba, & Paulo Sindici, & con loro il nobile Gio. Antonio Paruopallu Sindico generale per le cause della Città, come hà fatto fede per instromento rogato per Michele Peinetto l'anno mille cinquecẽto sessanta li vintiquattro di Marzo, hanno fatto produttione de' loro priuilegi. Et primo di Papa Benedetto, & poi dell'Imperator Sigismondo del primo di Luglio mille quattrocento, & dodici concessi ad instanza del Prencipe Ludouico alla Città & Cittadini, & à loro heredi, & successori, & euo le clausule perpetuãti detto Studio in essa Città ancorche per alcun accidente si fosse transmutato altroue. Più l'approuatione dell'Illustris. Duca Amedeo, data in Chiamberì l'anno mille quatrocento vintiquattro, il penultimo di Settembre. Più il priuilegio concesso dal Prencipe Ludouico l'anno mille quattrocento trentasei li sei di Ottobre, nel quale fà mentione delli priuilegi, & concessioni Pontificie, & Imperiali, confirmato poi da Amedeo li ventinoue di Marzo dell'anno mille quattrocento sessantacinque. Più vna confirmatione di Eugenio Pontefice dell'anno mille quattrocento, & trenta otto li vinti vno di Giugno. Più vn'altro priuilegio di vnione, del quale si è già fatto mentione, concesso dal Duca Ludouico l'anno mille quattrocento cinquantà noue, con promessa di osseruar alli Sindici stipulanti, confirmata dal Duca Amedeo suo figliuolo dell'anno mille quatrocento sessanta otto li vinti due di Agosto, & di poi dalla Duchessa Yolant, come tutrice di Filiberto suo figliuolo, delli vinti otto di Aprile mille quattrocento sessanta e due, & appresso dal Duca Carlo primo li tredeci di Nouembre, mille quattrocento ottanta e trè. Più vn'altro del Duca Carlo, nostro honorandissimo Signor, & Padre di felice memoria, l'anno mille

le

le cinquecento e sei,li venti sette di Marzo , & delli diecenoue di Decembre mille cinquecento trenta cinque, richiedendo per queste ragioni, che gli fosse prouisto conforme alla già detta domanda . Et all'opposito comparendo per la Città del Monteregale il nobile Henrietto Beccaria facendo fede del suo Sindicato per instromento delli sei di Nouembre mille cinquecento sessanta trè riceuuto per Lazaro Donzello Nodaro, hà opposto cōtra dette scritture, che il priuilegio di Eugenio non è degno di fede, ne quello di Sigismondo Imperatore, per non esser sottoscritto, & come più à pieno si contiene nella cedula, qual comincia; Non hà attione alcuna, &c. prodotta il secondo di Decembre mille cinquecento sessanta trè, & che gli altri priuilegi de' nostri Antecessori sono cose reuocabili,& che non obligano il successore; Interrogando à questo effetto, se intendono essi di Torino metter in dubio la validità del priuilegio concesso al Monteregale, & se pretendono,che per virtù de' suoi priui legij gli spetti lo Studio come proprio, in qual caso doueua chiamarsi in questo giudicio vno de' Procuratori nostri fiscali per difesa di esso , & hanno dato capitoli concernenti , che per il tempo passato i sudditi nostri sono sempre andati liberamente à Studio, doue gli è piaciuto, & che dal principio della guerra in poi non è stato Studio in Torino,& che al tempo della concessione à loro fatta erauamo informati delli priuilegij di Torino , & con buona consideratione voleuamo, che etiandio fattaci la restitutione di Torino, lo Studio rimanesse perpetuamente nel Monteregale. Deducendo di più per notorio, detta Città esser luogo più atto allo Studio per la salubrità dell'aria, & altre qualità , che Torino situato al basso, & occupato di nostra Corte, Senato, & Camera. Et presentando il sopradetto priuilegio , hanno instato , che sia dichiarato valido, & efficace, & douersi osseruare, reiette le oppositioni contrarie. Repplicauano li di Torino dette deduttioni, interrogatorij, notorij, & oppositioni esser souerchie, & tendenti à diffugio , & per ciò douersi repellir attesa la forma de' suoi priuilegij, alli quali non si poteua derrogare da noi , non informati etiandio d'essi,& della longhissima prescrittione etiam per tempo immemorabile, in essecutione, & osseruanza di detti priuilegij,& conseguentemente douersi decider la causa. Perilche il Senato nostro ha prononciato per cosa notoria, che li sudditi nostri sono stati nella allegata libertà, & lo Studio di Torino esser stato vacante per alquanti anni di guerra , & tregua , & la Città del Monteregale esser stata in possesso dello Studio , da poi la concessione ad essa fatta, & reietti

gli

gli altri capitoli, & interrogatorij, come fruſtratorij, ammettendo ſolamente à proua il Capitolo del Monteregale concernente noſtra ſcienza, & deliberatione, & quello di Torino concernente, che lo Studio è ſtato ſempre in eſſa Città, ſaluo nel furore della guerra, & maſſime dell'anno 1546. fino all'anno 1558. . Da qual reiettione (hauutone notitia il Sindico del Monteregale) hà detto di nullità, & ſupplicato à noi, allegando non douerſi proceder con l'interuento dell'Auuocato, & Procurator fiſcali aggionti, qual haueuano ſoſpetti. Et il Senato, reietta eſſa appellatione, ò ſupplicatione, come friuola, & erronea hà proceduto nella cauſa, etiandio in contumacia delli del Monteregale non comparenti, ſe ben foſſero cittati, & hà publicati li teſtimonij di Torino eſſaminati ſopra l'allegato capitolo. Et hauẽdo di poi li agẽti di Torino prodotto il Rotulo delli Laureati, & Dottori legenti per il paſſato in eſſa Città, & eſſendo per gl'ordini noſtri chiuſa la via al Sindico del Monteregale di prouare il capitolo, che gli fù ammeſſo, comparſe di nuouo, chiedendo, che ſi ſopraſedeſſe nella cauſa fino al noſtro ritorno da Nizza, producendo à queſt'effetto lettere noſtre familiari delli ſei di Marzo mille cinquecento ſeſſanta quattro, in virtù delle quali ſi è ſopraſeduto fino all'anno preſente, che di nuouo hauemo cõmeſſa la cauſa al detto Senato di certa ſcienza noſtra, & remoſta ogni ſuſpittione, appellatione, eccettione dilatoria, & ferie, & ogni contraria prouiſione, come conſta per reſcritto noſtro l'vndecimo di Maggio del preſente anno ſignato di mano noſtra, & dell'Illuſtriſſimo noſtro gran Cancelliere, In virtù del quale eſſendo poi ſtati cittati il Sindico, & Agenti del Monteregale, è comparſo il Sindico, opponendo della obreptione di eſſo reſcritto, & come più ampiamente ſi contiene in vna cedula, che comincia, per molte ragioni, ſottoſcritta Lelio Montaleri, & di poi fù inſtrutta la cauſa ad vdir ſentenza. La onde eſſendoſlene fatta molta diſcuſſione in Senato, & per ſua relatione inteſo il ſuo voto fondato ſopra le conceſſioni Põtificie, & Ceſarea, & approbationi de' noſtri Illuſtriſſimi Anteceſſori paſſate in vim contractus, in alcune delle quali facendoci mentione di dette conceſſioni, ſi rimoueua ogni difetto, qual ſi poteſſe allegare. Et ricordandoſi della promeſſa fatta à detti di Torino per vna miſſiua noſtra delli venti di Nouembre dell'anno mille cinquecento cinquanta noue di continuar, & confirmar ſuoi priuilegij, quando haureſſimo la reſtitutione di eſſa Città, qual all'hora non era ſotto noſtra vbbidienza, ne tampoco al tempo, che concedeſſimo lo Studio al Monteregale, & che in ogni caſo ſenza l'auto-

rità del Pontefice non valeua la concessione fatta al Monteregale, che si legesse in professione Canonica, & sacre lettere. Noi per queste, & altre vrgenti cause resultanti dalli atti, & dalla ragion commune, massimamente per tenor delli priuilegij Cesarei, per quali è concessa tal prerogatiua alla detta Città di Torino,& de'quali non haueuamo notitia. Pronontiamo reietta l'appellatione, & suspitione, come friuole, & insieme la prouisione de'aggionti, & la restitutione richiesta, come souerchia, & non competente, & di più irreuellatoria, douersi osseruar alla Città di Torino li detti suoi priuilegij, & patti; & in essecutione di essi appartenerli lo Studio, & Vniuersità, non ostante il priuilegio vltimamente concesso alla Città del Monteregale. Et perciò douersegli restituire,& mantenere;non derrogando nel resto al detto priuilegio, & per le giuste cause di litigar compensiamo le spese. Qual sentenza data M. Gio. Antonio Paruopassu Sindico, & Procurator della predetta Città di Torino, rendendo le debite gratie, l'hà accettata, & accetta. Data, letta, & publicata è stata la presente sentenza nel publico, & solito Auditorio del Senato, li venti due di Ottobre, prima giuridica dopò le ferie di vindemie; in Torino l'anno mille cinquecento sessanta e sei. Per il Duca nostro Signor, à relatione del Senato.

Richiardi.

PRIVILEGIO, ET INHIBITORIE, Che niuno possa studiar, ne Dottorarsi altroue, che nello Studio, & Vniuersità di S. Altezza.

EMANVEL FILIBERTO per gratia di Dio Duca di Sauoia, Prencipe di Piemonte, &c. Essendoci sempre stato à cuore la conseruatione delli popoli, che hà piacciuto al sommo Iddio di commetterci, & darci alla cura, & gouerno nostro. Il che habbiamo conosciuto non potersi ageuolmente fare,saluo che leuādoli dall'otio, proporgli inanti l'Arti liberali, & ogni sorte di virtù, & mantenerli vn'Academia ornata d'huomini dotti, & isperimentati; di maniera, che li giouani non habbiano à desiderare in questa nostra Vniuersità cosa, la quale si ritroui nell'altre. Come habbiamo continuamente prouisto dal giorno, che habbiamo ristorato le Scuole, & Studio nello Stato nostro, con grande sollecitudine nostra, & de' nostri Reformatori, à ciò per noi deputati, non perdonando à cosa alcuna, per hauere de' più segnalati huomini, che sia stato possibile da

da ogni parte. Et perche poco sarebbe, che dal canto nostro le gli ponesse ogni cura, sollecitudine, diligenza, & spesa, per tenere la dilettissima nostra Vniuersità di Torino compita de' valentissimi Lettori. Et d'altra parte i sudditi nostri, non contrapesando il loro bene, & vtile, se ne andassero à ricercare altri Studi con spese molto maggiori, & grandi risighi, & pericoli. Il che considerato, & veduta l'instanza fattaci per parte della fedelissima nostra Città di Torino, volendo noi dar rimedio à questi disordini. Con l'auiso del nostro Conseglio di Stato, ci è parso di reuocare, & annullare tutte le licenze per noi concesse à qual si voglia persona d'andar à studiar fuori de' nostri Stati, sotto qual si voglia colore, & causa. Ingiongendo, & commandando noi ad ogn'vno, quale si trouarà fuori del nostro Dominio per tal'effetto, che debba esser ritornato à continuar, & finir i Studi suoi in questa Città infra li dieciotto del prossimo mese d'Ottobre, riportando attestatione dalli Riformatori dello Studio del loro ritorno. Et tutto ciò alla pena di cinquecento scudi, quali s'applicaranno irremissibilmente al fisco nostro, & d'altra à noi arbitraria. Et oltre di questo, di nuouo, & per tenor delle presenti prohibiamo, & vietiamo, in forza di Decreto perpetuo à tutti, & ad ogn'vno delli nostri sudditi sotto la medema pena, cioè alli padri, & parenti di mandare, & alli figliuoli, & altri qual si voglia essenti di patria potestà d'andare à studiare, meno ad lottorarsi in altra Vniuersità, & Studio fuori delli nostri Stati in Teologia, Leggi, ciuili, & canoniche, Filosofia, Medicina, & qual si sia altra professione liberale. Aggiongendo alla pena soprascritta la dechiaratione, che li contrauentori saranno (come per le presenti dichiariamo) inhabili, & incapaci ad ottenere, essercitare, & godere d'officio, & beneficio alcuno nel Dominio nostro. Facendo insino adesso espressa prohibitione al Conseglio nostro di Stato, al Senato, & Giudice delle vltime appellationi del Contado d'Asti, & Marchesato di Ceua, alla Camera de' Conti, alli Prefetti, al Protomedico nostro al Collegio de' Teologhi, de' Dottori, Legisti, Medici, & ad ogn'altro Vfficiale, mediato, & immediato, d'accettarli, ne ammetterli ad essercitare gl'vffici loro, si in Leggi, come in Medicina, sotto pena di nullita, & de' scudi cinquanta per ogn'vno d'essi Dottori, & Medici ogni volta, che si trouarà, che habbiano essercitato contra la presente prohibitione. Inhibendo di più alli detti Collegij di riceuerli nel numero, & ordine loro, sotto la pena della priuatione delli priuilegij à loro concessi. Et di più dichiariamo, che li padri saranno tenuti per li figliuoli, & si farà contra

d'essi l'essecutione delle pene pecuniarie, nelle quali essi figliuoli saranno incorsi. Volendo di più, che la publicatione delle presenti, qual si farà per voce di crida,& affissione delle copie in Stampa nelle Città, & luoghi de mercati del Dominio nostro, tanto vaglia, come se fossero fatte particolari intimationi ad ogn'vno, & si creda à dette copie Stampate, come al proprio originale. Mandando, & commandando perciò à tutti li predetti Magistrati,& Vfficiali nostri, che le presenti facciano publicare, osseruino, & facciano inuiolabilmente osseruare, per quanto stimano cara la gratia nostra. Che tal'è nostra mente. Dat. in Torino alli venti trè di Luglio, mille cinquecento settanta due.

EMANVEL FILIBERTO.

Vista Stroppiana.

Caluxio.

PERMISSIONE ALLI SCOLARI MATRICOLATI di portar arme lecite.

CARLO EMANVEL per gratia di Duca di Sauoia, Prencipe di Piemonte, &c. Ad ogn'vno sia manifesto, che noi veduta la supplicatione presentataci per parte delli Scolari dell'Vniuersità nostra di Torino, e di quella ben considerato il tenore, per le presenti, di nostra certa scienza habbiamo dichiarato, e concesso, dichiariamo, e concediamo, che detti Scolari, quali però saranno matricolati possano vniuersalmente, e per tutti i Stati nostri portar la spada, & altre arme permesse à soldati di nostra militia, conforme al priuilegio, che già habbiamo concesso à detti Scolari, de qual si supplica, non ostante la restrittione fatta dal Senato nostro al detto loro priuilegio, la quale con le presenti mandiamo al detto Senato di osseruare, come anche à tutti li altri nostri Magistrati, Ministri, & Officiali, à quali spettarà, e di far osseruare à detti Scolari senza alcuna difficoltà per quanto si hà cara la gratia nostra, che così vogliamo. Dat. in Torino li trenta Maggio 1602.

CARLO EMANVEL.

V. F. pro D. Cancellario.

Cauigiola.

ALTRA

ALTRA PERMISSIONE ALLI MEDEMI SCOLARI di portar arme lecite.

CARLO EMANVEL per gratia di Dio Duca di Sauoia, Prencipe di Piemonte, &c. Hauendo noi per conferuatione, e quiete della numerofa giouentù de' Scolari della dilettiffima Vniuerfità di quefta noftra Città di Torino, e per leuargli l'occafione di precipitarfi nelle riffe fatta loro prohibitione del porto dell'armi, & hora effendoci fatta inftanza dalla detta Città di voler in gratia fua permetterli di nuouo il porto d'effe armi, come già folleuano, e fenza incurfione di pene, prefupponendoci, che ne habbino à vfar bene, come conuiene all'honorata profeffione loro. Volendo perciò noi con quefto buon penfiero compiacerli; Per le prefenti di noftra certa fcienza col parer del Confeglio noftro permettiamo à tutti li Scolari di quefta Vniuerfità prefenti, e che per i tempi faranno matricolati in effa di poter portar le armi, come foleuano auanti la fudetta prohibitione, e conforme alla dichiaratione, e permiffione noftra fattali li trenta di Maggio mille feicento, e due. Mandando per quefto à tutti i noftri Magiftrati, Miniftri, & Officiali, maffime alli Capitano, e Vicario noftri di giuftitia, fifcali, & altri, che fia fpediente di offeruar, e far inuiolabilmente offeruare le prefenti noftre, & à quelle non contrauenire per quanto hanno cara la gratia noftra, che tal'è noftra mente. Dat. in Torino li 27. di Maggio, 1607.

CARLO EMANVEL.
V. Prouana. Roncas.

Confirmatione de' Priuilegij con prohibitione ad ogn'vno di prender la Laurea, meno ftudiare altroue, che nello Studio di S. A. R.

CARLO EMANVEL
Per gratia di Dio Duca di Sauoia, Prencipe di Piemonte, &c.

DESIDERANDO NOI, che quefta noftra Vniuerfità ritorni nell'effere, e ftato, che fi trouaua auanti, che dalle paffate guerre, & accidenti occorfi da molti anni in quà fi alteraffe; Habbiamo perciò in conformità de' precedenti Editti, sì da Noi, che da Serenifs. Predeceffori noftri circa ciò fatti, (le quali per le caufe fudette non fi fono potuto efequire, & effettuare) voluto hora col prefente, che feruirà d'Editto perpetuo, & irreuocabile commandare, come di

